



IO. SLEIDANI,

2

# DE QVATVOR

SVM MIS IMPERIIS, BA  
bylonico, Persico, Græco, & Ro-  
mano, Libritres.



Excudebat Conradus Badius,

M. D. LIX.



# ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI, EBERARDO, DV-  
ci Wirtembergico & Tecchio, Comitique Mō  
pelicardi, Ioannes Sleidanus S. P. D.



QVVM ordinis vestri maximum sit or-  
namētum, Dux Eberarde, literatura,  
vel mediocris, tum illa sanè, quæ res  
gestas omnium ætatum in se comple-  
ctitur, in primis conditioni vestræ  
conuenit. Et apud nos quidem, qui Christi nomen  
profitemur, primum in eo genere locum sibi ven-  
dicant Biblica scripta, quæ & originem tradunt  
humani generis, & Dei voluntatem ostendunt, &  
misericordiæ simul ac iræ Diuinæ plurima nobis  
documenta subministrant. Ab iis proximè cogno-  
sci debet quicquid de reliquis gentibus memo-  
riæ proditum est. Nihil enim propemodum eueni-  
re possit, cuius non extet, & iam olim aliqua pro-  
posita sit effigies: qua quidem in re permagnum  
habent adiumentum atque subsidium, qui rempu-  
blicam gerunt, si partem hanc eruditionis non ne-  
gligant. Commodissima est autem illa ratio, quæ  
totum huius mundi curriculum in quatuor imper-  
ria partitur. Ad primū quod attinet, destituimur  
libris necessariis, & præter sacram Scripturam fe-  
rè nihil habemus fide dignum, aut quo niti possi-  
mus. Fuit haud dubiè seculū illud prorsus heroi-  
cum, & rebus excellentibus, ac memoratu dignis  
admodum illustre: sed quota pars eorū ad nos de-  
manauit? Semiramis celebratur & Babylon & Sar-  
danapalus; nec aliud; ferè quicquam: illud autem

horrendū, & quo nullum fuit vnquam magis terrificum aut triste spectaculum editum in vno aliquo homine, quod ipse de se Nabuchodonosor cōmemorat, vt est apud Daniele, quis attigit? Tāta videlicet potentia regem & monarcham efferari, deici regno, profligari sedibus auitis, extrudi foras, ab hominum societate remoueri, mutata natura pasci cum cæteris animantibus, & in beluā prorsus degenerare? Simpliciter quidem ista narrantur ibi: sed quo terrore percussos esse credimus, qui Diuinæ maiestatis & iræ documentū hoc tā luctuosum viderūt? Paucis ergo percurritur Assyriū, vel Babylonicum imperium, quod intra sacrarum Litterarum cancellos planè sit consistendum: reliqua verò tria, quæ sequuntur, Græcum in primis atque Romanum, valde sunt authorum scriptis illustrata: quos inter præcipuum locum obtinent, Græci quidem, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Polybius. nam alii, quorū Cicero meminuit, Pherecydes, Hellanicus, Accusilas, Phyllistus, Agathocles, Theopōpus, Ephorus, Calisthenes, Timæus, Clitarchus, Silenus, interierunt. Latini verò, qui præscam scripserunt historiam Romanam, quos & Cicero nominat, desiderantur etiam: Annales pontificum, Fabius Pictor, M. Porcius Cato, L. Piso, Cælius Antipater, C. Fannius, Vennonius, Clodius, Asilo, Accius, L. Sisenna. Nimirum hi sunt, è quibus conflauit suum opus, maxima sui parte mutilatus, T. Liuius, & hoc superior, Sallustius, imperfectus & ipse. Cicero quidem scribendū genus hoc non tractauit, sed tamen in eo versatus est diligentissimè, sicut ipsius libri demonstrant, qui passim tincti sunt atque respersi totius antiquitatis memoria: sed & temporis fuit idem obseruanti-  
 208

nus, ita quidem, ut & rerum & personarum ætates  
 ordine possint ex eo cognosci, nam alioqui tene-  
 bricosum est quicquid in literas refertur. Et quia  
 dicere solebat, historiã scribere, præsertim ut Græ-  
 ci, maximè esse oratorium, idcirco Pomponius At-  
 ticus eum ad hanc scriptionem hortatur, dum & il-  
 lam literis Latinis abesse queritur, & ipsum effice-  
 re posse dicit, ut in hoc etiam genere Roma Græ-  
 cæ non cedat. Et quidem commentarium sui con-  
 sulatus Græcè composuit, ac Latinum inchoavit,  
 ut ait ipse. nam valde cupiebat illum suum annum  
 celebrari scriptis aliorum: ad eò quidem, ut si cessa-  
 rent illi, non se defuturum sibi, de que seipso scri-  
 pturum esse diceret. C. Cæsar de suis ipse rebus tan-  
 tum agit, nec à præcis illis quicquam est mutua-  
 tus. Tunc etiam fuit Diodorus Siculus, & aliquan-  
 to post, Dionysius Halicarnassæus: inde Plutar-  
 chus, Suetonius, Cornelius Tacitus, Appianus,  
 Herodianus, Trogus Pompeius, Aelianus, Q. Cur-  
 tius: verum ex ipsis etiã nonnulli, vel omnino, vel  
 bona sui parte perierunt. Ab his extiterunt alii com-  
 plures, qui sui quisque temporis aut etiã populi  
 profecti res gestas, ad hanc nostram usque memo-  
 riam pertingunt. Et hi quidem cognoscendi sunt  
 omnes, aut certè bona pars eorum, ut ea quæ requi-  
 ritur facultas, comparetur. Cognoscendi sunt autè  
 alii propter ipsam rem, alii propter rem simul &  
 stylum, seu genus orationis: quo quidem in ordi-  
 ne primum locum solus propè sibi iure vindicat  
 inter Latinos, C. Cæsar. nihil est enim eo purius, ni-  
 hil elegantius: & non solum paulò posteriores, ve-  
 rum etiã æquales omnes venustate sermonis longè  
 superavit. Præter eos, de quibus dictum est, euol-  
 vendi sunt etiã Ecclesiastici, qui vel cõuersionem

religionis, vel afflictiones piorum, vel cōciliorum & antistitum leges atque decreta perscribunt. Et quia regnum pōtificium in sacris Literis prænuntiatur, inuestigandum etiam est eius initium, progressus & incrementum, vt cum iis notis atque signis, quæ Scriptura delineauit, conferri possit. Sed quia varium est & multiplex & impeditum hoc totum quod diximus argumentum, latissimèque campus iste patet, neque breui aliquo tempore percurri potest, methodo quadam studiis iuuenilibus consulendum est, quoad facti grandiores, per omne genus authorum, suo Marte, quod aiūt, & liberè vagari possint. Et hac quidem de causa scriptionem hanc suscepi, quò videlicet ætas illa formam aliquam habeat atque notationem eorum quæ discenda sunt, quam interea veluti filum aliquod sequatur, dum sensim adolescat in literis, & eò proficiat, vt hæc abiicere possit atque contemnere. Nec enim, vt his contenti sint, aut intra fines istos maneant, eò scripsi, verum, vt gustum aliquem percipiant futuræ lectiōis, & varietate rerum inuitati, magis excitentur ad perliustrandum aliquando scriptores illos atque libros, vnde sunt ista desumpta. Quum autem ad eos, qui regendis populis præficiētur, hoc studii genus propriè pertineat, vt initio dictum est, ætati simul & conditioni tuæ conuenienter me facturum putauī, Dux Eberarde, si tibi lucubratiunculā hanc meam impertirem: quò per te tuasque manus, vt ita dicam, reliqua iuuentus fructum eius aliquem perciperet, si tamen vllus percipi potest. Quāquam enim in te formando & erudiendo nihil ad summam diligentiam reliqui faciunt ornatissimi viri, doctores tui, Ioannes Sigismundus, & Sebastianus Coc-

cuius, tamen, ut in hortuli cultura, quem exquisitum, variisque flosculis depictum esse volumus, non solemus aspernari plantulas & herbas, aliunde nobis allatas: ita quoque non ingrati futurum spero quod ad ingenii tui fundum excolendum à me defertur munusculum, & tantisper quidem defertur, solummodò dum assumpto robore, sicut antea dictum est, ipse per apertos campos & loca virentia volitare possis & expatiari. Qua quidem in re domesticum tibi præluceat exemplum, patris tui, laudatissimi Principis, virtus, qui splendorem generis eleganti doctrina non mediocriter auxit & ornauit. Et quod præcipuum est, hanc ipsam facultatem ad eum finem confert, quem oportet, nimirum, ut nomen Dei celebretur, ut Ecclesiæ simul & scholæ bene constituentur, ut piis doctoribus alimenta subministrarentur, & discipulis etiam non desit quo vitam tolerent. Hoc enim officium in primis ab ordine vestro Deus requirit: & sicut illius neglectum grauib; pœnis viciscitur, ita quoque maximis donis remunerat illos qui sese fideles in eo præbent dispensatores. Commemorari autem possent nominatim illustrissimi parentis tui multa pietatis, constantiæ, fortitudinis documenta, sed hæc olim suo tempore copiosius tractata leges, ac propria nobilitatis ornamenta cognosces. Nam qui bonis ingeniis ita fauet, quomodo fieri potest ut non ab iis quem meretur fructum aliquando ferat gratitudinis, & ad posteritatem celebretur? Quò igitur & sui loci dignitatem, & iniunctum à Deo sibi munus intelligat, primam hæc voluit esse curam, ut inde à teneris & mollibus annis ad pietatem atque literas animus tuus informaretur: & qui sensus est atque stimulus amoris





## EPISTOLA.

paterni, nihil ei possit euenire iucundius, quam si industria tua superari suã videat expectationem. Hanc autem in partem & tua te spõte propendẽre, quantum hæc ætas ferre potest, & præceptores quoque tuos diligẽter inuigilare, nihil addubito. Quamobrem perge bonis auspiciis, Eberarde princeps: & quum sis ad gerendam rempublicã natus, ea præsidia tibi compares, quæ & perpetua sunt, & certam opem afferunt, & laborem, qui tibi subeundus erit quandoque, gubernanti prouinciam uitam, non modò subleuãt, sed facilem quoque reddunt atque suauem. Vale, Argentorati anno salutis 1556.

IOANNIS



5

IOANNIS SLEIDANI,  
DE QUATVOR SVMMIS  
IMPERIIS,  
LIBER I.




RIVS quàm de quatuor summis & præcipulis orbis terrarum imperiis dicam, de Babylónico, Persico, Græco, Romano, brevitèr hoc mihi præfandum est, in annorum supputatione, ab orbis condito, magnam esse dissensionem: nam & Hebræi & Eusebius & Augustinus & Alphonsus & Mirandula, multum inter se discordant: veruntamen, quia plerique omnes nostri seculi viri docti, rationem Hebræorum, hac quidem in parte, sequuntur, vestigiis eorum & ipse insistam, quum res ita feret. Ac principio quidem, ut ad institutum veniam, ad primum videlicet Imperium, omiſſis illis quæ in omnium primam ætatem inciderunt, omiſſa quoque narratione diluuii, quandoquidem sacris Literis hæc omnia continentur, neque melius dici possunt, exordium mihi sumam ab eo tempore, quo dissipata rursus aquarum mole, & deficcata terra genus humanum tunc ad paucissimos redactum, denuò propagari cœpiti. Diluuii tempus ad annum ponitur orbis conditi, millesimum, sexcentisimum quinquagesimum sextum. Methusalah autem septimus ab Adam, hoc ipso tempore moritur, annos natus noncentos sexaginta novem: erat tum Noah nepos Methusalah ex filio Lamech sexcentorum annorum, & singulari Dei beneficio, cum sua familia servatus, ubi iam paulatim augeteretur hominum numerus, author suis liberis atque posteris fuit, ut in diuersas regiones profecti, terram colerent, & oppida sibi constituerent: suam deinde cuique prouinciam, sorte illis designauit, anno circiter centesimo post diluuium.

Quo quidem tempore Ninrod, Nohe pronepos, vna cum suis in terra Chæzorù confedit: quumque tandem crescente hominum multitudine migrandum esset quamplurimis, & diuersæ quærendæ sedes atque coloniz, voluerunt antea perpetuæ sui monumentum relinquere, & duce Ninrodo cœperunt urbem ædificare, in eaque summæ turrim altitudinis: & immemores iræ Diuinæ, quæ nuper totum orbem terrarum absorpserat, & de qua diligenter ac sæpe multumque

*Dissensio in  
annorum sup-  
putatione.*

*Hebræi in-  
supputatione  
annorum se-  
quendi.*

*Diluuii tem-  
pus.*



Noah illis haud dubiè cōcionatus erat, nominis sui famam superbis & ambitiosis operibus extendere cogitabant. Offensus autem Deus, irritos fecit illorum conatus, linguarum immixta conturbatione, quum prius vnum fuisset & idem sermonis genus apud omnes. Itaque ab opere inchoato coacti desistere, in varias mundi partes abierunt. Ab hac linguarum conturbatione nomen vrbs accepit, vt Babel diceretur: ab eoque tempore, nimirum ab anno post diluuium circiter C X X X I, regni

*Nomina primi regis Babylonici.*

Chaldaei sumitur initium, & Babylonici. Primus autem rex fuit is, quem diximus Nimrod, qui L V I. annis praefuisse dicitur: hunc Scriptura vocat robustum venatorem, & vim atque potentiam ei tribuit. Alii Saturnum vocant, eumque imperii sui anno X L V. misisse Principes, aiunt, coloniarum huc illic, Assur, Medum, Magogum, Moscum, qui regna sui nominis conderent, Assyrium, Medum, Magogum, Moscum: è quibus duo quidem illa prorsus ad Asiam, tertium autem atque postremum ad Asiam & Europam pertineat. Ipsius Assur meminit etiam sacra Scriptura, & Niniven urbem aedificatam ab eo dicit. Nimrodo successit filius Iupiter Belus, qui ad Occidentem solem occupasse traditur omnem agrum in Sarmatiam vsque Europam, ac deinde bellum quoque fecisse Sagitarum regi Sabatio, quem non iste quidem, eò quoddam morte praepediretur, sed ipsius filius Ninus oppressit, & productus longè lateque finibus, Monarchiam primus omnium cepit.

*Assur.*

*Belus.*

*Ninus primus monarcha.*

*Abraham.*

Trecentis quinquaginta post diluuium annis Noah moritur, & duodeuigesimo post anno circiter, Abraham decimus à Noah, iussus à Deo, patriam relinquit, quum esset annorum septuaginta quinque: vigesimo quarto autem anno postea foedus cum illo facit Deus per circumcisionem quem instituit: centesimo aetatis anno natus est ei filius Isaac: post illud tempus vixit annos septuagintaquinque. nam humanae vitae spatium multò iam erat contractius. Quomodo nepos eius Iacob, quaque occasione deuenit in Aegyptum, ibique sit mortuus, quomodo deinde ipsius posteritas aliquot seculis in Aegypto permanserit, & durissima seruitute pressa, beneficio Dei per Mosem administrum educta fuerit atque liberata, sacrae Literae docent. Ponitur autem haec emigratio Israelis ex Aegypto, ad annum orbis conditi, bis millesimum quadringentesimum quinquagesimum quartum: nempe quadringentis annis & triginta post promissionem Abrahamo datam, vt ait Paulus Apostolus. Post Mosem iudices habuit populus Israeliticus ad Saulem vsque, cui David successit, rex alter eius populi.

*Semiramis.*

Nunc ad Babylonicum imperium reuertamur. Nino mortuo, regnavit eius vxor Semiramis, quae diuitiis & victoriis & triumphis nulli mortalium cessit. Babylonem oppidum exten-

dit, & iustæ magnitudinis urbem effecit, & variis ornauit ædificiis, muroque cinxit: A Ethiopiam deuicxit, & in India quoque bellum gessit. Eius filius Zameis quintus rex, nihil memorabile perfecit, sed proximus ab eo Arius, Bactrianos, & Caspios imperio suo coniunxit. Qui successit huic Aralius, ingenio quidem & studio militari clarus fuisse traditur: quid autem gesserit, non est proditum literis. Alter ab eo Baleus, quam plurimas gentes domuit, suisque fines ad Indiam usque produxit, idcirco Xerxes fuit cognominatus, hoc est victor & triumphator seu bellator. Armatrites nonus, voluptatibus & otio plane fuit additus. De Belocho decimo nihil traditur, nisi quod auspiciis curauit & diuinationes. Baleus undecimus, militiam à Semiramide laudem habet virtutis & industriæ militaris, & doctorum hominum scriptis valde celebratus fuisse dicitur.

Zameis.  
Arius.  
Aralius.

Baleus.

Xerxes.

Armatrites.

Belochus.

Baleus.

Alcadas xii. otium & vitæ tranquillitatem sequutus fertur, eò quod stultum esse duceret multis defatigari laboribus, & variis implicari curis, amplificandi regni causa: quoniam ea res ad nullam hominum salutem & utilitatem, sed ad detrimentum potius atque seruitutem pertineret. Qui hunc excepit Mamitus xiii. belli curam atque laborem in suis iterum exercitauit, cuiusque fuit suspecta potentia Syriis & Aegyptiis. In Mancaleo xiiii. narrandi deficit argumentum. Sphæri xv. magna dicitur fuisse virtus atque prudentia. Mameli xvi. nullum facinus commemoratur. Sub Spareto xvii. proditum est, passim accidisse miranda. Qui fuit xviii. Ascatades, omnem Syriam suæ ditionis fecit: & hæcenus quidem is qui circumfertur, Berofus: de quo quidem scripto plerique omnes valde dubitant, & adulterinum esse putant: sed quoniam aliis monumentis hac in parte destituimur, hunc ordinem sequuntur. Ab aliis deinde reges viginti numerantur ad Sardanapalum usque trigefimum octauum Assyriorum regem. Fuit hic omnium hominum longè effœminatissimus: inter mulierculas perpetuò decidens, colum & lanam tractabat, adeò totus immerfus voluptatibus, ut vix vnquam sui conspectum præberet. His rebus alienati ab eo duo quidam eius præfecti, Belochus, Babylonix, Arbaces autem Medorum, facta coniuratione, quam turpitudinem eius atque mollitiem vulgò traduxissent, bellum fecerunt. Ipse cum suo semiuiro comitatu vix tandem progressus in aciem, re malè gesta profugit in regiam, & constructa pyra, se diuitiisque omnes in ignem abiecit, hoc vno facto virum imitatus, ut quidam ait. Hi duo præfecti monarchiam post inter se partiuunt, & Belochus quidem Babylonis, Arbaces verò Medorum atque Persarum rex factus est. Fuit ergo Sardanapalus, Assyriorum rex postremus, in eo qui-

Alcadas.

Mamitus.

Mancaleus.

Sphærus.

Mamelus.

Sparetus.

Ascatades.

Sardanapalus.

Belochus.

Arbaces.

Monarchia

diuiditur.

Belochus.

Arbaces.

Quandiu Mo-

narchia As-

syriorum stetit

stetit

dem ordine, quum ad mille trecentos annos ea monarchia **ra**  
 zisset: nam plerique reges omnes diutissime vixerunt.

*Belochus.*

**Belochus** X X X I X, aut si magis libet, primus Assyriorum  
 rex, in noua monarchia, Manahem regem Israelis, vestigalem  
 sibi fecit: hunc Scriptura sacra, non Belochum, sed Phul appel-

*Phul Assur,  
 cognomento  
 Tiglath.  
 Achas rex  
 Iuda.  
 Salmansar.*

lar. Ei successit **Phul Assur**, cognomento **Tiglath Pileser**, qui  
 vrbes aliquot Iudææ cepit, & populum in Assyrios captiuum  
 abduxit: hunc ipsum **Tiglath**, **Achas** rex Iuda, sub quo vixit  
**Isaias**, de auxiliis interpellauit aduersus regem Syriæ, eique  
 dona misit. **Tiglath** regem sequutus est **Salmanassar**, qui **Sama-**  
**riam** urbem post trium annorum obsidionem cepit, & **Hoscam**  
 regem Israelis, vnâque populum abduxit, & per suam ditionem  
 illis domicilium attribuit, etiam in Medis, vt ait Scriptura: vn-

*Sennacherib  
 Dei contem-  
 ptor multauit  
 pecunias  
 Ezechiam.*

de quidam colligunt ipsum imperasse quoque Medis. Eum ex-  
 cepit **Sennacherib**, qui **Niniuen** urbem inhabitauit: **Ezechiam**  
 regem Iuda multauit pecuniis, ac deinde cum ingenti exerci-  
 tu **Hierosolymam** obsedit, & missis legatis, populum ad defe-  
 ctionem hortabatur, & Regem, qui auxiliu à suo Deo speraret,  
 irridebat: sed non tulit impune: nam percutiente **Angelo Dei**,  
 desiderauit vna nocte ad centum octoginta quinque hominum  
 millia: quod **Ezechiz** regi paulo antea per **Isaiam** **Deus** confir-

*Dei vindi-  
 ctâ.*

mauerat: deinde domum reuersus à suis ipse liberis fuit inter-  
 sectus. Hucusque **Babylonii**, post debellatum **Sardanapalum**,  
**Assyriis** paruerunt. Quum autem **Sennacherib** tantam, vt dixi-  
 mus, calamitatem ad **Hierosolymam** accepisset, neque multo  
 post à suis filiis esset trucidatus, magna fuit insequuta reru mu-  
 tatio, & diuisum est regnum, nam qui eadem fecerant, duo fra-  
 tres, **Adramelech** & **Sarasar**, profugerunt quidem, sed nihilo-

*Adrame-  
 lech & Sa-  
 vasar patri-  
 cida.  
 Assarado.  
 Merodach.*

minus vim & arma pararunt in fratrem **Assaradonem**, qui post  
 necem parentis regnum occupauerat, quum antea quoque per  
 absentiam illius rempublicam gessisset. Hanc adeptus occasio-  
 nem rei bene gerendæ, **Merodach** **Babyloniz** præfectus, descen-  
 dit, & indicto bello, quum vicinas vndique gentes, partim gra-  
 tia, partim vi paulatim ad se traduceret, duodecimo demum  
 anno sui regni deuicto **Assaradone**, totum **Assyriorum** impe-  
 rium **Babyloniz** adiunxit, & **X L** post annis regnauit. Ab hoc


*Benmerodach.  
 Nabuchodon-  
 osor.*

nonnulli ponunt **Benmerodach** & **Nabuchodonosor**, eius nomi-  
 nis primum: sed quia **Literæ** sacre nihil ea de re produnt, nec  
 aliis temere potest adhiberi fides, eum **Nabuchodonosor**, de  
 quo **Scriptura** sacra plurimam mentionem facit, proximum à  
**Merodach** numerabimus. Is ergo statim à primis annis bellum  
 fecit **AEgyptiis**, & regionem omnem quæ est inde ab **Euphra-**  
**te** vsque ad **Pelusium**, illis ademit: **Ioachim** regem Iuda vesti-  
 galtem sibi fecit, & octauo sui regni anno filium **Iechoniam** re-  
 gem vnâ cum præcipuis viris & artificibus, non tantum vrbs  
 Microso-

Hierosolymæ, sed totius quoque regionis, Babylonem capti-  
 uos abduxit. Anno XVIII sui regni, Hierosolymam obsessam  
 per biennium, cepit, ac paulo post diripuit, incendit, muros di-  
 ruit, potissimam populi partem captivam abduxit, regem Ze-  
 dedchiam exoculavit, filios illius atque proceres interfecit.  
 Hanc verò calamitatem Ieremias anno primo regni Nabucho-  
 donozor prædixerat: & ab hoc quidem tempore numerandi sunt  
 anni septuaginta captivitatis Babylonicæ. Ad annum circiter  
 XXI I I I sui regni, Nabuchodonozor, devictis Ammonitarum  
 & Moabitaram regibus, exercitum duxit in Aegyptum, & oc-  
 cupata regione tota, monarchiam post iachonavit.

Altero anno monarchiæ, sicut nostri temporis viri docti  
 rationem putant, per somnium vidit statuam ingentem, cuius  
 erat caput aureum, pectus una cum brachiis, argenteum: venter  
 & femora ex ære, crura ferrea; pedum pars aliqua, ferrea, pars  
 autem, fictilis. Expergestus, quum non recordaretur somni-  
 nii, & tamen valde esset attonitus, convocatis ariolis & divina-  
 toribus mandavit, ut quale fuisset somnium, explicarent: nisi fa-  
 cerent, capitis poenam deventiat. Ea re cognita Daniel adole-  
 scens, qui cum reliquis fuerat captivus eò deductus Hieroso-  
 lyma, nuntiabat se posse regis desiderio satisficere: productus,  
 incipit, & primo quidem quid somnium, ostendit, deinde quid  
 sibi vellet somnium, interpretatur: & statuam illam significare  
 dicit quatuor orbis imperia summa, quæ sint ordine succes-  
 siva, & ad ipsum regem oratione conuersa, Tu, inquit, quem sum-  
 ma potentia Deus ornauit atque gloria, cui dedit imperium in  
 omnibus hominibus, & bestias agrorum, volucresque cæli, tu nimirum  
 es illius statuarum caput aureum: post te regnum aliud orietur ar-  
 genteum, videlicet deterius quam sis hoc tuum: deinde tertium  
 aliud æreum, quod longè latèque dominabitur: regnum verò  
 quartum erit ferreum. Nam sicut ferrum comminuit & per-  
 domat omnia, sic etiam quartum & postremum illud reliqua om-  
 nia confringet, sibi que subiciet. Hoc igitur primum est & in-  
 auditum antea varicinium de quatuor imperiis, quod nobis est  
 per Daniëlem diuinitus patefactum. Res planè digna quæ me-  
 moriæ tota commendetur, quia temporum omnium histo-  
 iam ad  
 finem vique mundi paucis cõpescitur, ut postea sum dicturus:  
 nunc satis est videre hoc primum tempore Deum aperuisse nobis  
 imperiorum ordinem ac vicissitudinē. Quanta verò fuerit potē-  
 tia Nabuchodonozor magis etiam peripicuum est ex eo loco Da-  
 niëllis, ubi Scriptura cõparat eum arbori quæ ad cælum usque  
 pertingat, quæ totum orbem terrarum vellet odumbret, cuius  
 folia sint longè pulcherrima & fructus omnium vberissimus,  
 quo saginetur & pinguescat quicquid est animalium, cuius in

Somnium

Somnii cõ-  
positio.Nabuchodon-  
nozor.

*Prima mo-  
narchia.*

frondibus atque ramis omne voluerum genus nidificet & que-  
scat. Est igitur hæc prima monarchia: quæ sicut hoc Rege ve-  
hementer aucta fuit, & ad summum educta fastigium, ita que-  
rere desinit, ac planè deleta fuit in ipsius nepotibus, quemad-  
modum per Daniëlem Deus aliosque Prophetas denuntiave-  
rat. Regnavit Nabuchodonosor annis **X L I I**. Quàm horren-  
do spectaculo Deus & exemplo superbiam eius, vt Daniel ait,  
sit vltus, operæpretium est vt cum omnes mortales, tum Re-  
ges in primis ac viri Principes diligenter legant & considerent,  
quò videlicet maiestatem Diuinam revereantur, & officium  
suum erga populum sibi commissum faciant.

*Builmerodach.*

Successit ei filius Euilmerodach. Is regnavit annis trigin-  
ta, & successorem habuit Assur, qui tribus annis præfuit: hunc  
excepit Labasardach septem annorum rex. Ab hoc imperii sum-  
mam obtinuit Balthasar annis quinque. Ad hunc modum eos  
nonnulli recensent: verum ætatis nostræ viri docti, his duobus  
omissis, ab Euilmerodach rege numerant Balthasarem filium,  
eumque per annos quatuordecim regnasse ferunt: quod quide-  
m necesse est, vt conficiantur anni septuaginta; quibus apud  
Babylonios captivus fuit populus Iudeus: quum huius capti-  
vitatæ initium sumatur ab anno decimonono regni Nabuche-  
donosor. Qui rationem hanc sequuntur, & duos illos Reges, de  
quibus dixi, prætermittunt, Scripturæ vestigiis insistent & Ie-  
remiæ præsertim testimonio, qui futurum prædixit vt Iudæi  
servirent regi Babel eiusque filio, Aliique filio: sed hic liberum  
sit suum cuique iudicium. Balthasar autem, vt ait Scriptura,

*Balthasar.*

postremus fuit Babyloniõrum rex, in eoque pariter omnes cõ-  
sentiant. Iam quomodo capta sit Babylon, non ab vno describitur:  
quomodo autem imminente Regi calamitatem, & iam præ-  
sentem Deus illi denuntiavit, Daniel commemorat, & interse-  
cto Rege, summam Imperii translata esse dicit ad Dariũ,  
Medũ, cum **L X I I** narum annos. Hic Darius a scriptoribus  
vocatur Cyaxares, fuitque filius Astyagis, quem Daniel Assue-  
rum vocat, octavi Medorum regis: & quum sobolem masculinam  
non haberet, filiam suã in matrimonium dedit Cyro, Perse  
toris filio: & bello successit a rege Assyriorum, in auxilium ac-  
cessit Cyrum, qui profectus eò cum copiis, & factus impera-  
tor totius exercitus, feliciter rem administravit, vrbe capta po-  
tentissima. Post hanc victoriam, non amplius anno Darius vixit  
se traditur. Et hoc quidem tempore, quum capta Babylone Da-  
rius adhuc viveret, iamque per annos ferè septuaginta popu-  
lus Israeliticus esset in Babylone captivus, Daniëli, reuolven-  
si Ieremiam, eius captivitatæ prænuntium, & precanti, Deus  
multo maiora patefacit, & non solum instare liberationem cõ-  
firmat, sed quo tempore sit etiam venturus Messias, qui pro  
peccatis

*Darius.*

*Assuerus.*

*Cyrus.*

peccatis hominum satisfacciat, ostendit.

A morte Darii summa rerum ad Cyrum generum delata fuit. & hoc quidem est alterius initium monarchiæ. Iam enim & Assyriam & Mediam & Persiam solus Cyrus obtinebat ad Tantum v. que mare, sicut Thucydides ait, quem ante captam Babylonem prælio cepisset Crœsum, Lydiæ regem potentissimum. Est ergo Cyrus Persarum rex primus, & auctor secundæ monarchiæ. Dei & Babyloniis bellum gessit cum Scythis, eoque profectus ipse cum exercitu, circumuentus tandem fuit per insidias & interfectus, princeps laudatissimus. Initio sui regni, post captam Babylonem, populo Iudaico permisit, vt ex captiuitate domum reuersi, templum ac urbem Hierosolymam reedificarent, ad eamque rem sumptum liberalissimè subministrari iussit. Hoc ipsum Deus per Isaiam, seculis aliquot ante quam nasceretur ille, prænuentiauerat nominatim. De animorum immortalitate differentem ad filios, ante mortem, Xenophon introducit, vt est apud Ciceronem, qui locum illum eleganter, vt omnia, vertit. Ad septuagesimum annum Cyrus peruenit: regnavit annis triginta, quum X. L. natus regnare cepisset. Filius ei fuit Cambytes, quem deo proficiscens in bellum Scythicum, regno præfecerat. Is absente & occupato patre, cepit Aegyptum; bello quidem egregius, sed aliqui vitiosus, & patris virtutem minimè representans. Inter alia turpiter inhumanèque facta, fratrem quoque suum insidiosè necari iussit. In iis libris quos de legibus Plato conscripsit, valde Cyrum in eo peccasse dicit, quòd molliter filios inter feminas educasset, qui grandiores facti, & ab assentatoribus corrupti, quum ipsorum auribus plerique seruirent, mortuo parente, vitæ periculum alter alteri crearint. Cambysi secundo Persarum regi, qui post mortem patris non diu superstes fuit, Darius successit filius Hystis ipsi. Ex quoniam à morte Cyri, ac post tantam exercitus calamitatem nonnulli populi, & in his Babyloniis, à Persico regno ceciderant, statim ab initio principatus arma sumpsit, & imperio suo rursus illos adiunxit, capta quoque Babylone post Iongam obsidionem, opera Zopyri. Bellum deinde suscepit in Athenienses, qui subito collectis copiis, neque Lacedæmoniorum expectatis auxiliis, ad decem millia hominum, ingentem illius exercitum, ad Marathonem duce Miltiade Tuderunt.

Cogitabat redintegrare bellum Darius, verum in ipso conatu mortuus, filium habuit successorem Xerxem, qui decimo anno, sicut Thucydides ait, post prælium illud ad Marathonem, innumerabili cum exercitu venit, vt Græciam omnem sibi subjugaret. Itaque rei gerendæ summa, de communi consensu fuisse demandata Lacedæmoniiis, quòd ii. totius Græciæ plurimè

Author seu  
hæda morandi  
ctia.

Cyri rex

Cambyse

Darius rex  
Hystis filius

Zopyrus

Miltiades  
dux.

Xerxes



tunc poterant: Athenienses vero, sequuti consilium Themistoclis, vrbe deserta, iuxtaque liberis & vxoribus huc illuc depositis, naues conscendunt. & hostium ad Salaminem insulam pertrahunt. Ea victoria toti Græciæ fuit salutaris. Nam terra quoque profligatus, turpi & infelici fuga domum Xerxes reuertit, & Græci quidem etiam post discessum illius. Verum Athenienses, qui classem haberent ad quadringentas circiter naues, profecti longius & insequuti, Sestum oppidum in Hellesponto, quod Persæ tenebant, capiunt, & ibi peracta hyeme, reuerfi domum, suas vxores atque liberos recolligunt, & vrbs, quam hostis captam incenderat, mœnia restaurant, portum, que muniunt. Bellum hoc Persarum, vel, vt Thucydides vocat, Medorum, eodem tere tempore fuisse scribit Cicero, quod bellum Volscorum, cui Coriolanus exul Romanus interfuit. Id autem incidit in annum vrbs conditæ CCLXVI. Persicū illud bellum descripsit Herodotus, Thucydide prior. Eum Cicero vocat patrem Historiæ, sed innumerabiles apud eum fabulas esse dicit. Munitionem hanc Atheniensium indignè quidem ferebant Lacedæmonii, sed quum aliud non possent, miscebant. Coniunctis etiam viribus, tum ipsi, tum reliqui Græci, & Athenienses, Cyprum capiunt & Byzantium urbem, quam Persæ tenebant. Erat tunc inier alios Lacedæmoniorum duces, Pausanias, qui coniunctus prodicionis, quum domum redisset, & obsessus in quodam alylo, fame fuit enecatus. Themistocles etiam accusatus hoc nomine, profugit. Multis deinde variisque bellis & dissidijs tractata Græcia fuit, partim externis, partim civilibus, quæ Thucydides obiter exponit: sed tandem, quinquagesimo nimirum anno post Xerxis à Græcia discessum, vt post Thucydidem ait Cicero, bellum illud ingens natum est, quando Peloponnesus tota coniurauit in Athenienses, quorum in eo bello dux erat Anaxagoras philosophi discipulus, Pericles, quem dicendo fulgurare, tonare, permiscere Græciam ait Aristophanes: nam idem erant olim & virtutis & eloquentiæ magistri. Ex altera parte summa rei præfectus fuit Archidamus rex Lacedæmoniorum. Periclis erat æqualis & similis Thucydides, qui & bellum illud descripsit. In prætura collegam Pericles habuit Sophoclem poetam Tragicum, vt Cicero narrat. Nunc ad Xerxem reuertamur. Is, re malè gesta, quæ in magnum contempum venisset, à suis est interfectus. Ei successit filius Artaxerxes Longimanus. Ad hunc Themistocles exul, de quo paulò antè diximus, profugit, ibique vitam finit, sepultus Megaræ.

*Persicū bellum.*

*Peloponnesi coniuratio.  
Pericles.*

*Archidamus rex.*

*Xerxes interfectus.  
Artaxerxes  
Longimanus.  
Darius  
Nothus.*

A Longimano regnauit Darius Nothus, qui sororem illius habebat in matrimonio. In huius regnum incidit illud, quod

quod diximus, bellum Peloponnesiacum. Et Athenienses quidem, licet satis impediti essent, tamen eius belli anno quarto, sicut Thucydides ait, classem in Siciliam miserunt, verbo quidem, ut Leontinis adessent contra Syracusanos, re vera autem, ut insulam illam suæ ditionis efficierent, quod sic possent commodius perdomare Græciam. Quique subinde reuerteretur, & factiones alerent, Hermocrates Syracusanus auctor fuit Siculis, ut omni deposita similitate, pacificarent: nam Athenienses ipsorum omnium libertati tendere insidias. itaque persuasit, quod fuit eius belli anno septimo. Tribus post annis, pacem Athenienses & Peloponnesiaci faciunt in annos quinquaginta, sed non totum septennium ea pactio duravit. tunc enim hostiliter multa fieri cœperunt: & licet non planè sublata pax esset, ac subinde per inducias resarcirentur offensiones, tamen anno decimo rursus ad arma ventum est totis viribus, duravitque bellum hoc alterum annis xvii. Tunc Athenienses de novo classem ornatissimam in Siciliam mittunt. Primi duces erant inter alios, Alcibiades & Nicias: & hic quidem concionibus aliquid habitis, navigationem valde dissuasit: Alcibiades verò contrà. Siculis opem ferebant Peloponnesiaci. tandem in portu Syracusano Athenienses cum hoste conflagunt, sed post accipitem ac subinde variantem fortunam profligati fuerunt omnes atque concisi. Interea Lacedæmonii, sociique, Dariûm regem Persarum, in Athenienses sedere sibi coniungunt. Darii legatus erat Tissaphernes. Cæterum, post Codrum, Polydorum Spartanum, & Aristomenem Messenium, hi ferè numerantur præcipui maximeque clari Græcorum duces, quorum alii de tota Græcia, alii de sua quisque patria bene meriti sunt: Miltiades, Leonidas, Themistocles, Pericles, Aristides, Pausanias, Xantippus, Leotychidas, Cimon, Conon, Epaminondas, Leonænes, Aratus Sycionius, Philopœmen. Ex iis plerique fuerunt iussi tandem exulare. Porrum Syracusanum Cicero describit, in eumque solam Atheniensium classem, post hominum memoriâ inuasisse trecentis navibus: victam autem atque superatâ in eo ipso portu, loci ipsius portusque natura, & tunc primum opes ipsius ciuitatis victas, cōminutas atque depressas, & nobilitatis imperii, gloriæ naufragium fuisse factum dicit. Siciliam in circuitu patère, quantum navis magna possit obire intra dies octo, & à continenti distare Thucydides ait circiter viginti stadiis. Dario filii erant duo, Artaxerxes, Mnemon & Cyrus: quorum ille mortuo parenti successit, Cyrus autem Ioniam Lydiâque tenebat: sed sorte sua non contentus, fratri regi bellum fecit, in eoque victus fuit & occisus. Cyrum hunc minorem M. Portius Cato, regem Persarum, & ut est apud Cicronem, præstantem ingenio virum

*Alcibiades.*  
*Nicias.*  
*Athenienses profligati.*

*Græcorum duces.*

*Darii filii.*  
*Artaxerxes.*  
*Mnemon.*  
*Cyrus.*

atque imperii gloriam vocat. Laudat etiam ex Xenophonte, propter studium agriculturæ: nam ei Xenophon & militavit & fuit familiaris, ideoque post ab Atheniensibus, qui Mnemonem habebant amicum, pulsus fuit in exilium. A Mnemone regnavit Ochus, ex tribus natu minimus filius.

Schus 8.  
Darius 9.  
et vltimus.  
Alexander  
Macedo.

Hunc excepit Darius postremus. Ei bellū fecit Alexāder, Philippi Macedonum regis filius, qui Thebis euerfis & pacata Græcia, in Asiam cōtendit, & tribus præliis Darium superavit, capta illius & matre & vxore & filiabus. Ingentes quidē conditiones, & regni partem ad Euphratem vsque Darius ei debebat, sed ille respuit, neque destitit antē, quā illum expugnasset. Quum enim pacem obtinere Darius his conditionibus non posset, tertium bellum instaurat, & educto validissimo exercitu, rursus profigatur, inque fuga trucidatur à suis: cum eoque Persicum imperium, quod annis trerater ducentis & amplius, deletum fuit. His tantis victoriis in suam ditio- nem perduxit Alexander, quicquid est ferè terrarum ad Orientem solem, & in Europam ex Asia transportavit imperii summam, & tertiam constituit monarchiam: post etiam in India belligeravit: sed quæ hominum est infirmitas, tantam fortunæ benignitatem & indulgentiam moderatē ferre non potuit: & quū insolenter multa faceret, seque pro numine vellet prope modum adorari, Babylonem ubi venisset, febris, vel vt nonnulli tradūt, veneno fuit extinctus, quum annorum esset triginta trium, & annos regnasset duodecim. Vitæ finem ei prædixerat Calanus Indus, vt ait Cicero: quum enim conscenderet in rogam ardentem, & Alexander eum rogaret, si quid vellet, vt diceret: Optimè, inquit, propediè te videbo: paucis post diebus mortem obiit Alexander. Interitus eius ad centesimam, decimam quartam ponitur olympiadem, vrbis autem Romæ conditæ anno quadringentesimo vigesimo nono, trecentis nimirum & viginti duobus annis ante natum Christum.

Alexander  
bonarum ar-  
tium amas.

Bonarum artium in primis amans, & in homines doctos fuit liberalissimus, eoque nomine multorum celebratur monumentis. Homeri poema sibi familiarissimum habebat: & quanquā scriptores multos rerum suarū secū habuisse dicitur, tamē quum in Sigeo ad Achillis tumulū astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconē inueneris, Erenim, sicut ab Apelle potissimū pingi, & à Lysippo fingi, sic etiam ab iis tantum celebrari volebat, & posteritatis memoriæ commendari, qui in ipso laudando propriā ingenii gloriā consequi possent. Aristoteli præceptorī negotiū dedit animalium describēdi naturas, ad eamque rem aliquot hominum millia per Græciā Asiāque cōstituit, pecuarios, venatores, piscatores, cetarios, aucupes, & id genus alios, qui de singulis illum edocerent: ipsi verò scriptori

præmiū laboris dedisse traditur octingenta talenta, hoc est, vt quidā ætatis nostræ viri docti ratione inueniunt, coronatorum aureorum milia quadringenta octoginta. Xenocrati philosopho quinquaginta per legatos talenta misit, aureorū videlicet nullia triginta: sed illo recusante, quod tanta pecunia non sibi diceret opus esse, legatis reuersis, Quid, inquit, nullōsne habet ille amicos, quibus beneficiat? Primis annis, quū Aristotelis esset discipulus, summo ingenio summāque modestia præditum, postea verò quam rex appellatus est, superbum, crudelem, immoderatū fuisse ait Cicero. De splendore, deliciis, & luxu Darii mira narrant scriptores: nam omnis generis coquos, cupedarios, factores, artifices magistrōsque gulæ & vnguentarios habebat in castris, ne quid ad corporis voluptatem omnino desset. Quantum etiam fuerit alioqui regum Persarum splendor & apparatus in quotidianis epulis, non ab vno memoriæ proditum est. Solebant, vt ait Cicero, plures vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere, vt hæc mulieri redimiculum præberet, illa hunc vel illum ornatum. Taleū igitur, vt dixi, vitæ finem habuit Darius, & in fuga quū aquam turbidā bibisset, & cadaueribus inquinatam, negabat vquam se bibisse iucundius: nec enim sitiens vquam biberat.

*Alexandri  
liberalitas.*

*Luxu Darii.*

*Darii vitæ  
finis.*

A morte Alexandri, diuisa fuit imperii moles in proceres, Ptolomæum, Laomedontem, Antigonum, Cassandrum, Leonatum, Eumenem, Pythonem, Lyfimachium, Antipatrum, Meleagrum, Seleucum: in his autem præcipui fuerunt Seleucus, Sytyx, Ptolomæus, Aegypti, Antigonus, Afrix minoris, Cassander, Macedonum Græciæque rex deinde factus, oppressis omnibus Alexandri propinquis. Lyfimachus, ille est, quem Alexander iratus aliquando conuulerat cum leone: quum autem interfecit eum ab eo belluam audisset, magno habuit in honore. Ceterum, inter eos quos dixi modò successores, eorūque filios atque nepotes, grauissima bella fuerunt, vt fieri solet, dum ambitione deprauatus animus quiescere non potest, & aliena cum iniuria suam potentiam augere studet. Et his quidem bellis, quoniam diuturna fuerunt, vehementer afflictæ regiones illæ omnes, in populi Romani ditionem paulatim venerunt, qui legē latèque rerum potitus, quartam & postremam effecit monarchiam, de quo nobis iam dicendū est. Ceterum, inter Aegypti reges, Alexandri successores, numeratur, Ptolomæus Philadelphus, admodum laudatus princeps: nam & pacem coluit, quantum in ipso fuit, & artes liberales excitauit, cōstitutis præmiis, & bibliothecam effecit luculentissimam, & Mosis libros atque Prophetarū in Græcam linguam iussu cōuertit. Romæ igitur vrbis initium fuit, quo tempore Salmanassar rex, de quo supra dictum est, Assyriis imperabat, nimirum anno primo se-

*Alexandri  
successores.*

*Lyfimachus*

*Quarta monarchia  
Ptolomæus  
Philadelphus.  
Romæ initium.*

ptimæ olympiadis, auctore Plutarcho: conditi autè orbis, anno ter millesimo ducentesimo duodecimo, quum annis ferè quadringentis antè in Latio cœpisset regnare AENEAS, à bello Troiano quod HOMERUS ad posteritatem transmisit: de cuius quidè ætate, sicut etiam patria, nihil certi constat, nisi quòd antè conditam urbem atque Romulum multis annis eum fuisse CICERO scribit. Nullum verò scriptum existit profanū, illius pœmate vetustius: nam sicut HORATIUS ait,

Vixere fortes ante Agamemnona  
Multi: sed omnes illachrymabiles  
Vrgentur, ignoriq; longa  
Nocte, carent quia vate sacro.

Significat idem quoque CICERO, nec oratoris vllam extare vestigium dicit antè HOMERUM. Tenuis autè & propè despecta populi ROMANI fuit origo: sed quia DEUS ita constituit, sicut postea docebitur, in summam excrevit potentiam. Principio, reges ibi septem imperarunt annis ducentis quadraginta quatuor. Et sexti quidè regis ætate, SERUII TULLI, SOLONEM at PISISTRATUM, apud Athenienses: PYTHAGORAM autè in Italia floruisse, CICERO scribit, quo tempore TARQUINIUS superbus fuit electus. Athenas etiam ait, regnante SERUIO TULLO sterisse iam supra septingentos annos. Profligatis regibus, ad binos consules rerum summa delata fuit, quorum magistratus erat annuus. Primus consul, L. JUNIUS BRUTUS, quàm fuerat acer & industrius in profligandis regibus, & constituenda libertate, tam etiam erat vigilans & strenuus in eadem conservanda.

Quum enim inter alios nobiles adolescentes Romanos, ipsius quoque filii duo, TITUS & TIBERIUS, occultè tractarent consilia de restituendis Tarquiniiis, re per indicium patefacta, capitali supplicio palàm illos affecti. Collegæ quoque suo, TARQUINIO COLLATINO Imperium abrogabat, qui fuerat socius eius in expellendis regibus, & consiliorum etiam adiutor. Idque CICERO defendit, vt iuste factum, & patriæ tum vtile tum honestum fuisse dicit, vt nomen Tarquiniorum & memoria regni tolleretur. Caterùm, in varia populi ROMANI fortuna, quum HETRURIA conspirasset omnis, in hostem egressi vrbe Roma trecenti FABII gentis, interfecti fuerunt omnes, vno superstite tantum, impubere domi relicto, qui familiam deinde propagavit: fuit hoc anno trigesimo tertio post electos reges. Ob turbulentum autè reip. statum, condita vrbe anno trecentesimo, legati in GRÆCIAM missi fuerunt, qui leges illinc afferrent, quibus deinde ciuias vteretur, iis reuersis, mutata reipublicæ forma fuit, & Decemviri constituti, qui rei summæ præessent: sed non totum triennium duravit hic status, & Appius CLAUDIUS, ex Decemviris vnus, nequitia sua, quàm L. VIRGINII ciuis ROMANI filiam

Rom. an. 717  
4. igo.  
Reges septē  
Romani im-  
perant.

Consules binii  
in vtraque nat.

Fabii gentis  
recepto.  
Legati in  
Græciam.  
Decemviri  
constituti.  
Appi.  
Claudii ne-  
quicia.

ni filiam virginem ad libidinem abriperet, occasionem populo dedit ut ordinem totum profligarent. Itaque res ad confules rediit: sed & hi paucorum fuerunt annorum, & creati sunt tribuni militum duo, consulari potestate: verum hi sub finem anni deposito magistratu, consulibus denud locum fecerunt.

*Tribun' mil-  
licum.*

Eoque tempore, quod erat anno urbis CCCXV, L. Quintus Cincinnatus, Dictator, Sp. Melium, largitione frumentaria capientem in urbe regnum, per C. Serniliū Halā, magistrū equitum, interfecit, eiusque domum cōplanauit. Biennio post, rediit potestas ad tribunos militum, qui deinde nō bini, sed plures eodem tempore creabantur, pro voluntate populi, & republicæ condicione. Durauit hic magistratus per annos ferè septuaginta, & inter alios floruit in hoc ordine, M. Furius Camillus, virtute nulli secundus, qui præclarè de republica meritus, in exiliū fuit eiectus ab ingrata patria, quum quartum fuisset tribunus militū. Sed qui captā à Gallis Senonib' urbē Romā liberasset, hostemque fudisset, restitutus dignitati fuit, biennio post factus Dictator. Paucis verò post annis, M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, ob suspiciōnē affectati regni, de saxo Tarpeio deiicitur, & decretū fuit factum, ne quis gentis Manliæ patricius vocaretur Marcus. Septimū deinde creatus est tribunus militū, Camillus, & ætate grauis vitā finit anno cōditæ urbis CCCLXXI, quū anno vno ante ipsius mortem, à tribunis militū reipublicæ procuratio ad cōsules rediisset, ex quibus tunc primū vnus fuit plebeius. Dedit autē hæc ætas longè præstantissimos belli duces in ea ciuitate, Marcum

*Dictator.*

*Camillus  
virtute nul-  
li secundus.*

Valerium Coruinum, T. Manlium Torquatum, C. Martium Rutilium, P. Decium Murem, Papyrium Cursorem, Publium Philonem, L. Velumnium & alios. Ex iis T. Manlius Torquatus consul, filium suum, quod præter mādatum extra ordinem duello pugnaverit in hostem, tametsi fœliciter, securi percussit. P. Decius Mus, consul, in prælio contra Latinos, pro exercitu populi Romani sese deuouit, & in confertissimam turbam hostium irruptione facta confossus, nutantem rem Romanam restituit. Idem fecit eius filius, eiusdem nominis, quartum cōsul, annis XLIIII. post, in bello contra Gallos Senones.

*Duces præ-  
stantissimi.*

*Amator po-  
puli.*

Eo, quod antè diximus, tempore, ad annū urbis cōditæ CCCCX, floruit ac bella gessit Alexander magnus, tertie monarchie conditor, ut supra docuimus. Cum hoc T. Lilius componit L. Papyrium Cursorem, & expatiatus rum sui rum lectoris rescindendi causā, demōstrat eum inter alios Alexandro potuisse resistere, si fortè post deūictā Asiam in Europam adductis copiis, ille populo Rom. bellū fecisset. Erat omnino sūma præditus virtute, is quem dixi Papyrius Cursor. nam ut alia prætermittam, quando T. Veturius Caluinus, Sp. Posthumius Al-

*Papyrius  
Cursor.*

bīnus II: consules, cum toto exercitu sub iugum missi fuerunt à Samnitibus, ad furcas Caudinas, & turpiter cum hoste pacificarunt, ille factus consul hostem victorem fudit ac profligauit. Quam etiam seuerè disciplinam oporteat seruare militare, in suo declarauit equitū magistro, dictator ipse. Protulit insuper hæc & aliquāto superior ætas in Græcia, viros longè doctissimos. Tunc enim Socrates, & ab hoc, velut ex fonte quopiā, Aristippus, Plato, Antisthenes, Speusippus, Aristoteles, Diczarchus, Xenocrates, Heraclides, Theophrastus, Polemo, Serato, floruerunt: phisici omnes, & vt ait Cicero, speculatores venatorisque naturæ: floruerunt etiam oratores clarissimi, Gorgias, Protagoras, Prodicus, Hippias, Isocrates, Lyfias, Demosthenes, Hyperides, Aeschines, Phalereus Demetrius, Demochares: historici verò. Xenophon in primis, quem Socraticum Cicero vocat, & Calisthenes, comes Alexandri magni.

*Socrates do-  
storum scien-  
turo.  
Phisici.  
Oratores.*

*Historici.*

*Dionysii ty-  
ramni aila.*

Hac ætate vixit Syracusanorum tyrannus Dionysius: ad quē Plato quū venisset, deque viri principis officio liberè locutus esset, in maximo vitæ periculo fuit, vt Cicero narrat. Hic est ille, qui non propinquis, sed cōuenis quibusdam & feris hominibus atque barbaris custodiam corporis committebat: qui rondere filias suas docuit, ne tonsori collum committeret: qui ferrum ab eisdem, quum essent adultæ, remouit, instituitque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent: qui noctu sic ad vxores ventitabat, vt omnia speculareretur & perscrutaretur antè: qui quū in cōmunibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri solebat: qui Damocli parasito, cuiusmodi sua esset scælicitas, quā ille prædicauerat, ostēdit, quū in summis deliciis omniumque rerū copia luxurique accubenti, gladium fulgentem, è lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impenderet illius ceruicibus.

*Pyrrhus.*

*Appius  
Claudius.*

Post Alexandri mortē, annis circiter XLII, bella gessit cō Romanis, & in Italiā venit Epīrotarū rex Pyrrhus. Altero eius belli anno, sollicitabat senatū ad pacē & fœdus faciendum sed Appius Claudius, ætate grauis & cæcus, qui ante annos septēdecim fuerat consul II. vt ait Cicero, venit in curiam, & senatum inclinantem ad pacē, deterruit ne fœdus cum eō facerent. Tanta enim erat in eo vis animi, vt in illo suo casu, ne priuato nec publico muneri deesset. Oratio, quā tūc habuit cō Pyrrho, quum pacē dirimeret, extabat tempore Ciceronis, vt ipse ait. Insignem tunc operam reipublicæ nauauit C. Fabricius Luscinus, qui sollicitatus à Pyrrho ad defectionē, amplifima illius munera cōtempnit atque promissa nec id modò, sed captiuum etiam ei remisit per fugam, qui veneno se posse regē tollere confirmaret. Cicero confert eum cum Aristide Arthemensi. Secūdo reuersum in Italiam Pyrrhum, Manius Curius

*Fabricij fa-  
bris.*

Dentatus omnino profligavit, ac triumphum egit. Pyrrhus omnium primus elephantos adduxit in Lucaniam. Et adhuc quidem, per annos ferè quingentos bella gesserunt Romani cum Italiæ solùm populis, è quibus acerrimè restiterunt ac sæpe rebellarunt, nunc victi, nunc victores, Latini, Veientes, AEqui, Falisci, Samnites, Hetrusci: quibus demum deuictis atque pacatis, exortum est longè grauius bellum in Carthagine: cuius quidem vrbs originem, Roma multò vetustior esse constat. Initium belli fuit ad annum vrbs Romæ CCCC LXXXV: in eoque cū primis memorabile est illud, quod de M. Attilio Regulo memoriæ proditum est, qui captus à Carthaginensibus & Romam missus, vt de pace ac permutandis captiuis ageret, ac nisi impetraret, ad vincula rediret: quū eò venisset, planè diuersum senatui suadebat, neque ex vsu reipublicæ id esse demonstrabat: deinde, quòd fidem hosti seruandam esse diceret, Carthaginem reuerius, crudelissimo supplicii genere fuit exanimatus, resectis palpebris, & illigatus in machina, vigilando necatus. Eo durante bello, Romani omnium primò foeliciter mari pugnarunt in Sicilia, P. Duillio, consule, aduersus Hannonem. hunc ipsum Duillium, & Maniū Curium & C. Fabritium, item Attilium Calatinum, Cn. & P. Scipiones, Africani, Marcellum & Fabium Maximum Cicerone nominat, vt clarissimos vrbs Romæ consules. Anno sequenti, L. Cornelius Scipio, consul, Corsicam atque Sardiniam capit. Compositum fuit tandem bellum Punicum, Q. Luctatio Catulo Cerco, A. Manlio consulibus, quū annis du-rasset viginti tribus. biennio post natus est Ennius, annis quinque natu maior M. Portio Catone, qui illum suum vocat familiarem.

*Belli initium  
inter Carthagi-  
nenses &  
Romanos.*

*Attilii sup-  
plicium.*

*Cōsules cla-  
rissimi.*

Tum verò nouis bellis implicati Romani fuerunt aduersum Faliscos, Ligures, Illyrios, Gallos, Boios, Insubres: quibus tandem expugnatis, exortum est alterum bellum Punicum, anno vigesimo quarto post factam pacem, P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo, Coss. Eius erat dux, Annibal, qui Saguntum oppugnabat, & per Hispanias in Galliam, ac in Italiã inde contendens, tribus præliis populum Romanum ordine superauit, ad Ticinum, ad Trebiam flumen, & Trasymenum lacum. Creatus autem dictator Q. Fabius Maximus, & in hostem profectus, cunctatione vim illius & imperium refregit atque tardauit, ille ipse, quem celebrans Ennius, Vnus homo nobis, inquit, cunctando restituit rem. Calliditate ei Cicero tribuit, & quòd facile celaret, taceret, dissimularet, insidiaretur, hostiumque consilia præciperet. Post autem ad Cannas, ingentem cladem populus Romanus accepit, quæ quidem tantam excitauit in vrbe trepidationem, vt plerique potentiores de sa-

*Alterum bel-  
lum Punicum.  
Annibal  
Romanos su-  
perauit.*

*Fabius cun-  
ctando resti-  
tuit rem.*



*Scipio.*

ga cogitarent & Italia relinquenda: sed à P. Cornelio Scipione, P. filio, ingentis animi iuvene, qui tum vigesimū quartum ætatis annum vix ingressus erat, confirmati fuerunt, imò retēti. Quarto post anno, M. Claudius Marcellus, post diuturnam obsidionē, Syracusas capit: in eius vrbis direptione fuit occisus Archimedes, nobilis mathematicus, qui in pulvere quædam describens, patriam non sensit esse captam. Interitum eius tulit permolestē Marcellus, vbi rescivit, & sepeliri iussit, & captam vrbem non solum incolumem esse passus est, vt ait Cicero, sed ita reliquit ornata, vt esset idem monumentum victoriæ, mansuetudinis, clementiæ: imò victoria Marcelli pauciores homines desideratos fuisse dicit, quàm deos, aduētū Verris prætoris in eandem vrbem. Liuius autē, iræ, inuidiæ, auaritiæ multa scædæque dicit ibi fuisse edita exempla. Sepulchrū Archimedis, obsoletū profus, & dumis atque vepribus oblitū, & ipsis adēd Syracusanis ignotum, Cicero, quæstor Siciliæ, quum illud ex descriptione quadam cognitum haberet, senatus Syracusanō demonstrauit, centū triginta septem post annis. Vrbem Syracusas, maximā esse Græcarum vrbium, pulcherrimamque omnium, & ex quatuor vrbibus maximis constare dicit M. Tullius: Insula, vbi fons est Arethusa, plenissimus piscium: Acradina, vbi forū, & portic⁹, & curia. Tychæ, vbi sanū Fortunæ: Neapoli, quæ postrema ædificata, theatrum habet amplissimū. Porro, nationum omnium exterarum princeps Sicilia, se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit, & prima omnium est appellata provincia, sicut idem Cicero testatur.

*Archimedes mathematicus.*

*Marcelli clementia monumentum.  
Verris auaritia.  
Cicero quaestor.*

*Sicilia prima omnium à Romanis appellata est prouincia.*

Annibal, à Cannensi victoria, Campaniam omnem deditio-  
ne capit: exercitus illius Capuz hybernans, copia rerum atque  
luxu totus fuit eneruatus atque fractus. Post expugnatas Syracusas, anno tertio, Capua deditio-  
ne capta fuit à Romanis. diu  
multumque deliberatum fuit an esset vrbis delenda: postremo  
placuit conseruandam esse: veruntamen, ne posset vnquam rebellionē  
facere, ademptus fuit illis ager, sublatus omnis magistratus atque  
senatus, publicumque consiliū, imago nulla reipublicæ relicta, sed  
constitutum, vt esset locus comparandis cõdendū  
que fructibus, recepraculum aratorum, nundinæ rusticorum,  
cella horreumque agri Campani. Biennio post, Afrubal nouas  
copias auxiliares in Italiam adduxit, verū à M. Liuiō Salinatore,  
C. Claudio Nerone, consulibus, ad Metaurum flumen concisus fuit.  
Interea rem feliciter in Hispaniis gerebat P. Cornelius Scipio, quē  
diximus, quum ipsius & pater & patruus ibi fuissent interfecti:  
& omni recuperata prouincia, Romam reuertit, & factus consul,  
Aphricam sibi dari petiit, vt ibi bellū gerat. Vehementer autem ei  
resistit Q. Fabius Maximus, atque grauis, & nō adeundam  
Aphricam, sed cum Annibale præliandus

*Afrubal uincissus.**Fabii consilium.*

standum esse contendit. Scipio contra: quòd si Carthaginensibus bellum inferatur in ipsorum finibus, fore, ut necessitate coacti, Annibalem, in quo summam spem atque præsidium collocassent, ex Italia domum reuocent. A multa disceptatione, Scipioni senatus tribuit Siciliam: & si quidem esset ex usu reipublicæ, ut in Africam eat, permittit. Ille igitur è Sicilia tandè in Africam proficiscitur. & quod senatui prædixerat, re comprobauit ipsa: nam præliis aliquot ab eo victi, plurimisque dânis affecti Carthaginenses, Annibalem reuocâr. Sic ille, qui sexdecim annis per Italiâ grassatus erat, qui sub Romæ vrbis mœnia cæstris locum delegerat, domum redire coactus est, quantumuis inuitus atque dolens: & tandem ingenti prælio superatus à Scipione fuit, qui de senatus voluntate pacem deinde cû hoste fecit. Hinc ei datum cognomen, ut Africanus diceretur. Hic verò considerandum est quomodo summis ex angustiis emerferint Romani. Iam enim per annos aliquot tenuissimo filo pendebat omnis ipsorum fortuna: sed in facis erat ut vim omnem atque calamitatem superarent, & domini fierent orbis terrarum: idque præuidisse ferunt Annibalem, quem fratrem esse victum Asdrubalem audisset. Ipsi quidem verba, quibus tunc usus fuit, Horatius refert in illo carmine, quo Drusi laudes eiusque familiæ celebrat. Et quia doctissimum est elegantissimumque carmen, planè meretur ut iuuentus illud inter alia memoriæ commendet.

*Consilijs Scipionis, & eius ratio.*

*Scipionis victoria.*

Facta cum Carthaginensibus pace, Romani præter ea bella quibus occupati fuerunt per Italiam, Istriam, Lusitaniam, græue quoque bellum gesserunt cum Philippo Macedonum rege, qui Græciâ oppresserat. Eius belli fuit imperator T. Quintius Flaminius, qui tandem hoste deuicto, de senatus voluntate Græciam liberati restituit, & inter alia Philippo regi præscripsit, ne senatus iniussu belligeraret extra Macedoniæ fines. Huic bello successit alterum aduersus Antiochum Syriæ regem, qui transgressus in Europam, deuictus fuit à M. Glabione, Græciâque pulsus, auxilium Romanis ferente Macedonum rege, Philippo. Sunt autem hi, quos diximus, Asiæ, Syriæ, Macedoniæ reges, ex eorum posteritate, qui post Alexandri magni mortem, prouincias inter se partiti fuerant, ut supra diximus. Nam Carthagine pacata, totâque subacta Italia Romani, quum reliquas etiâ Europæ partes viciniores terra marique debellasset, eò iam potentia creuerant, ut longinqui etiam reges atque populi fidem ipsorum implorarent. Hunc ad modum, à Egyptii, quorum rex Ptolomæus Epiphanes admodum adolescentulus, per ætatem non poterat administrare: quum ab Antiocho Magno periculum immineret, mihi sic Romam legatis, precebat ut senatus tutelâ regis pueri susciperet. Eo facto, senatus Antio-

*Romani eum Philippo Macedonum rege bellum gesserunt. Bellum aduersus Antiochum.*

*Romani eum Antiocho aegyptiæ.*

*Annibal bel-  
lum suadet.*

cho denuntiat vt ab AEgypto absteineat : ille, offensus, praesep-  
tim, quum Annibal profugus & hospes ipsius, vehemencer bel-  
lum suaderet, in Graeciam cum classe traiecit, ibique profli-  
gatus fuit, vt antè diximus. Comparata deinde classe Romani  
persequuntur illum, & in Asiam transportati, maximo praelio  
vincunt, & vltra Taurum montem reieciunt. Post acceptam  
cladem dicere est solitus, vt Cicero narrat, benignè sibi à po-  
pulo Romano esse factum, quòd nimis magna procuratorene li-  
beratus, modicis regni terminis vteretur. Bellum hoc guber-  
nabat L. Cornelius Scipio, P. Scipionis Africani frater, vo-  
catus ob hoc ipsum, Asiaticus. Post, AEtolos debellauit M.  
Fulvius nobilior, de iisque triumphauit: & quum ex Asia do-  
mum reuertisset P. Scipio Africanus, qui legatus eo bello  
fratri fuerat, à tribunis plebis diuexatur. Itaque Liternum se-  
cessit, in villam suam, atque ibi, sicut nonnulli tradunt, mor-  
tem obiit, vir longè praestantissimus, natus annos X L I X, æ-  
quālis M. Porcii Catonis. In dialogo, quem de senectute Ci-  
cero scribit, Catonem introducit amanter & honorificè de Sei-  
pione, deque sua & illius ætate studiisque loquentem, in pri-  
mis verò celebrantem illius magnitudinem animi. Lianus au-  
tem inimicum ei Catonem, solitumque fuisse dicit, hanc ipsius  
fortitudinem odiosus exagitare: Celeritatem ei Cicero tri-  
buit in re gerenda. Florebāt eo tempore, Ennius, Plautus, Ne-  
uius, poëta.

*Populi Ro.  
obsequium.*

*Scipio asia-  
ticus.*

*Scipionis A-  
fricani obi-  
tum.*

*Annibal ve-  
neno vitam  
suam.*

Debellato Antiocho, Annibal ad Prusiam Bithyniz regem  
profugit: & quum illum sibi dedi Romani postularent, hausto  
veneno vitam finiit. Antiocho successit filius Antiochus Epi-  
phanes, qui & ipse per insidias AEgyptum occupare cogitabat,  
quum esset Ptolomæi Philometoris, AEgypti regis, qui mor-  
tuo patri puer successerat, auunculus. Itaque tutorem se pro-  
fessus adolescentis, opprimere illum, ac rei summam ad se tra-  
ducere constituit: sed intellecta fraude, Romani, quorum au-  
xilia denuò sollicitauerant AEgyptii, legatum miserunt C. Po-  
pilius Lænatem. Is quum in colloquium venisset, Antiocho,  
populi Romani nomine denuntiat, vt ab Alexandria, quam ob-  
sidebat, discederet: qui quò deliberandi spatium pereret, illi  
virgula stantem circumscripsit, & quid facturum esset, clarè in-  
sit antè respondere, quàm ex ea circumscriptione excederet.  
Ita perterrefactus, quòd populi Romani potentiam non igno-  
raret, pacem promisit. Hæc eò commemorantur, vt videri pos-  
sit, quemadmodum Romani paulatim à paruis incitiis creue-  
rint, ac progressus fecerint ad summam rerum constituendam.  
Iam enim virtus illorum egressa fines Italiz, in diuersas qui-  
dem mundi plagas impressionem fecit, sed permultum adhuc  
operis reliquum erat ad coæruationem illius imperii molis.

*Antiochus  
veneno pa-  
cem promi-  
sit.*

quæ potissimam orbis terrarum partem ambitu suo cõplectitur, vt ordine deinceps, tametsi breuiter, exponam.

Is, quem suprà dixi, Philippus, Macedonum rex, quòd à Romanis in angustias redactum se grauissimè ferret, bellũ redintegrare cogitabat: sed præoccupatus morte, successorem habuit Persea filium, qui iam pridem in Romanos exacerbatus, belli quoque gerendi velut hæreditatem suscepit: sed L. A. Emilius Paulus I I. cõsul, prælio tandem illum vincit, & vnà cum vxore, matre, liberisque capit, inque triumpho ducit: vocatus idcirco Macedonicus, ab eoque tempore Macedonia facta est populi Rom. prouincia.


*Perseus rex  
capitur à Ro.  
Macedonia  
prouincia  
Romanorũ.*

Superiori proximo anno mortuus erat Ennius, annorũ septuaginta, sicut ait Cicero. Paucis deinde post annis, P. Cornelius Nasica, Dalmatiã subigit: neque multo post, tertium est bellum Punicum exortum. Etenim, quum Carthagineenses, quietis impatiētes & otii, reliquis vicinis. præcipuè verò Massanissæ Numidiæ regi, populi Romani socio & amico, vim atque bellum inferrent, sollicitati Romani de auxilijs, bellum decreuerunt, ad annũ vrbis cõditæ circiter sexcentissimũ quartum. Sed in eo sententiis variabãt, vtrum euerti ciuitatem, an verò seruari oporteret integram: vna erat eorum sententiã, qui non delendam esse cõsuebant, eò quòd Carthagine sublata fore dicent, vt ciuilibus inter se dissidijs atque bellis conflictarentur ipsi: M. autem Porcius Cato, diuersum suadens, quantum reipublicæ Romanæ periculum impenderet ab ea ciuitate, nisi funditus euerteretur, demonstrabat, eaque sententiã vicit, ipso in hac deliberatione mortuo, quum ad octogessimũ quintum annum xtatẽ prõduxisset. Eum Cicero nominat inter oratores antiquos, & proximum à M. Cornelio Cerhego ponit, quem ab Ennio celebratum esse dicit. Catonis autem orationes extare centũ ait & quinquaginta, refertas & verbis & rebus illustribus, & sui tẽporis homines delicatiorẽ reprehendit, quòd non eas diligenter euoluant. Confert eum cum Lyfia scriptore Attico. Bello Punico tertio præfectus demum fuit P. Scipio A. Emilianus, Pauli Macedonici filius, P. verò Scipionis Aphricani, per adoptionem nepos. Is post inchoatum bellum ab alijs, anno quarto, Carthaginem aliquot diebus vehementer oppugnatam capit, diripit, incendit, complanat: adeptus idèò cognomen, vt Aphricanus etiam diceretur, sicut ille qui Annibalem debellauit, vt suprà dictum est. Et hic quidem est vrbis potentissimæ finis, quæ & origine vetustior, quàm Roma, & ducum præstantia ferè non inferior, longè latèque dominata fuit. P. Scipionem Cicero scribit, Carthagine captã, Siculis reddidisse quæ superioribus annis Carthagenenses illis ademerant, signa & ornamenta, & Agrigentinis quidẽ Tau-

*Tertium bellum Punicũ.*

*Diuersa sententiã de seruanda aut delenda Carthagine.*

*Carthagine oppugnata.*



rum illum nobilem, quem Phalaris tyrannus habuisse dicitur, quo viuos supplicii causa demittere homines, & subicere flammam solebat. Phalaris hic non ex infidiis interiit, vt alii mul-  
 ti tyranni, sed in eum vniuersa Agrigentinarum multitudo im-  
 petum fecit. Africam Cicero vocat prouinciarum omnium  
 arcem.

*Phalaridis  
interitus.*

*Bellum A-  
chaicum.*

*Corinthi in  
cendum.*

*Mummius.*

*Virrius.*

*Brutus.*

*Mancinus.*

*Scipio A E-  
mylianus.*

*Terrores im-  
perii Rom.*

*Attalus.*

*Aristonicus.*

*Scipionis A-  
phricani in-  
teritus.*

Eodem ferè tempore, bellum Rom. fecerunt Achæis, Græciæ  
 populo, propter violatos legatos. Belli dux erat L. Mummius,  
 Cos. qui prælio victor Achaïam omnem deditioe cepit, & Co-  
 rinthum, primariam urbem, ac totius Græciæ lumen, vt Cice-  
 rō inquit, ex senatusconsulto incendit, funditusque sustulit, ne  
 quando recreata exurgere, atque erigere sese posset. Mummi-  
 ob eam rem vocatus est Achaicus.

Ad hoc etiam tempus Lusitaniam occupauit Virrius quidam,  
 ex pastore venator, ex venatore latro, ac deinde validi exerci-  
 tus dux factus: qui cū Romanis per aliquot annos, ac sæpe qui-  
 dem foeliciter præliatus, infidiosiè tandem fuit interfectus: ac  
 tunc demum Decius Iunius Brutus, consul, Lusitaniam ad Ocea-  
 num vsque perdomuit.

Romani magnam interea cladem à Numantinis, Hispaniæ  
 populo, acceperant: quumque pacem à Mancino cōsule factam  
 repudiarent, quod esset ignominiosa, P. Scipionem A Emylia-  
 num, Africanum, extra ordinem denuò creat consulē, eique  
 bellum demandant. Is cum exercitu profectus, & ad seueram  
 disciplinam reuocato milite, qui iam mollior factus erat, & la-  
 boris impatientior, Numantiam urbem, vbi circumvallasset a-  
 liquandiu, cepit ac deleuit, anno post deleram Carthaginem  
 decimo quarto, vrbis autem conditæ, anno sexcentesimo vige-  
 simo secundo. Carthaginem, Numantiãque Cicero vocat duos  
 terrores imperii Romani.

Eodem tempore feruorum est ortus in Sicilia tumultus, qui  
 maximis collectis copiis vix tandem à C. Fulvio consule fue-  
 runt oppressi.

Post hæc bellum fuit Romanis cum Aristonico in Asia. Nam  
 Pergami rex Attalus, populum Romanum testamento fecerat  
 heredem: Aristonicus autem eius propinquus, occupata ea par-  
 te Asiæ, testamento Romanos frudabat. Hunc & debellauit, &  
 tandem cepit M. Perpenna consul. Anno autem sequenti, qui  
 fuit annus vrbis conditæ D C X X V, P. Scipio Africanus, do-  
 mi suæ cubans, noctu fuit oppressus à propinquis, vti credi-  
 tur. Eloquentiam summam, fidem, integritatem ei Cicero tri-  
 buit: & quamquam iniustus interitu maximum dolorem tota ci-  
 uitas perciperet, nullam tamen quaestionem de illius morte la-  
 tam fuisse scribit: solem verò fuisse geminatum eodem anno  
 eradit. Itaque ducum omnium longè præstantissimus perit,

natus annos LVI, quod quidem Aphricanum maiorem ei præsignificasse, commentatione quadam suauissima fingit Cicero. Vixerunt hac ætate Lucilius, Terentius, Pacuuius, Accius, Licinius, Cæcilius, Afranius: & Pacuuium quidem C. Lælius Aphricano coniunctissimus, amicum suum vocat, Terentium vero familiarem.

Post hæc Fabius Maximus, consul, Allobroges, Aruernos, Rutenos, Galliarum populos, ingenti prælio superauit: eodemque tempore fuit interfectus Romæ. C. Gracchus, tribunus plebis, vir eloquens, legis Agrariæ defensor, quum ante annos duodecim, eius frater Tiberius Gracchus, consimili de causa cæsus fuisset. Vtrique Cicero tribuit eloquentiæ laudem, & Tiberii quidem orationes non satis splendidas verbis, sed acutas, prudentiæque plenissimas, C. verò fratrem eius legendum esse cum primis iuuentuti dicit, quòd non solum acueret, sed etiam alere ingenium possit, eumque vocat Romanorum ingeniosissimum atque eloquentissimum. Somniauerat Gracchus, Tiberium fratrem sibi visum esse dicere, fore ut eodem letho quo ipsè periret: & hoc illum dixisse nonnullis, antequam tribunus plebis factus esset, Cicero refert. Extant illorum leges, frumentaria, de coloniis deducendis, de commodis militum, de prouinciarum administratione, de populi suffragiis, de locatione agrì Aetolici & Asiæ. Hos motus tribunitio consequutum est bellum populi Romani cum Iugurtha Numidiæ rege, quòd quidem bellum à L. Calpurnio Bestia Cos. susceptum, & à P. Cæcilio Metello continuatum, à C. Mario consule, qui P. Scipioni militauerat, tandem confectum est: nam rex Mauritanicæ Bocchus, Iugurthæ socius, prælio victus, quum belli periculum nolle sustinere diutius, victum Iugurtham Syllæ tradidit, qui missus à Mario fuerat huius rei causa. Et ad hoc ipsum tempus quod erat vrbis conditæ anno DCXLVII, natus est M. Tullius Cicero, quum annis ante ipsum octo natus esset Q. Hortensius, clarissimus orator. Per bellum Iugurthinum Cimbrì & Theutoni innumerabili multitudine penetrant, alii in Italiã, alii in Galliam: ac vbi maximis cladibus populum Romanum affecissent, & nunc proconsules, nunc legatos aliquot præliis vicerunt, tandem ad interuersionem casi fuerunt à C. Mario quartam cõsule: Teuthoni quidem, ad Aquas Sextias, provinciæ Gallicæ oppidum, Cimbrì autem ad fines Insubriæ. Hanc foelicitatem excepit nouus tumultus: nam Italiæ populi aliquot à Romanis defecerunt, Samnites, Peligni, Marsi, Vestini, Marrucini, Umbri, Picentes, Lucani. Variè cum his pugnatum est, ac vix tandem ad officium reducti fuerunt.

Mox aliud malum, ac reipublicæ perniciosissimum interuenit: Mithridates, Ponti rex, Cappadociæ regem Ariobarzannem, & ter-

*Fabius Maximus Allobroges & Aruernos superauit.*

*Gracchus.*

*Gracchus somnium.*

*Iugurtha.*

*Bocchus.*

*Cicero.*

*Hortensius.*

*Cimbrì & Teuthoni à Mario capti.*

*Mithridates.*

Sithynæ regem Nicomedem, populi Romani socios & amicos  
finibus eiecerat, & occupata Phrygia, Romanorum provincia,  
penetraverat in Asiam. Itaque senatus bellum decreuit: hic au-  
tem orra factione, alii L. Syllam, nobili genere natum, alii C.  
Marium poscebant imperatorem. Marii partes iuabat P. Sul-  
pitiumque urbe eiecit, qui maximo deinde vitæ periculo, quum  
in paludibus circa Minturnas delituisse, parua nauicula in A-  
phricam traiecit exul. Per absentiam Syllæ, belligerantis in  
Asia, L. Cornelius Cinna, consul, tumultuarii cœpit, & moliri  
res novas: verum eiectus à Cn. Octauiio collega, & pulsus vr-  
be, recolligit vires, & C. Marium, ista occasione reuersum ex  
Aphrica, sibi coniungit. Itaque contra hæc copiis Romam obse-  
dent ambo, qua parte Ianiculum erat: & quum non ignauè tan-  
tum, sed & perfidiosè multa in vrbe fierent, neque iam illis re-  
sisti posset, intromissi cædibus atque rapinis omnia complent:  
deinde se ipsos renuntiant consules, in eoque magistratu cru-  
deliter multa fecerunt: & L. quidem Cinna præstantissimum o-  
ratorem M. Antonium interfici iussit: Marius verò, Q. Catu-  
lum. His rebus cognitis, L. Sylla, quum præraque omnia bel-  
lo recuperasset, pace cum Mithridate facta, in Italiam reuer-  
tit: sed iam è vita decesserat Marius, vii. consul. L. verò Cin-  
na collegam habebat suarum partium, Cn. Papyrium Carbo-  
nem: qui licet vim & arma Syllæ opponerent, vnà cum filio  
Marii, prostrigati fuerunt: & Sylla rerum potitus, aduersarios  
omneis acerbissimè persequitur, proscriptionis tabulam pro-  
ponit, proscriptorum bona vendit, eorumque liberis faculta-  
tem eripit atque ius vllos honores in republica consequendi:  
factus inde dictator, pro suo arbitrarij omnia constituit, ac tri-  
buniciam potestatem infringit: & quum ciuium Romanorum  
bona venderet, prædam se suam vendere pro concione dicebat:  
breuiter, nemo illo inuito nec bona nec patriam nec vitam re-  
tinere poterat. In C. verò Marium odio tam acerbò fuit inci-  
tatus, vt eius reliquias apud Antienem fluuium sitas dissipari  
iussit: ipse autem primus è patricijs Cornelij igni voluit  
cremari, fortasse timens idem suo corpori posse accidere. Ma-  
rio vim & virtutem, & in iracundia persenerantiam Cicero tri-  
buit: Syllam vehementem, L. verò Cinnam vocat crudelem. Ma-  
rium appellat etiam terrorem hostium, spem subsidiumque pa-  
trix. L. Sylla quatuor nouas leges tulit, de falso, de parricidio,  
de sicarijs, de iniurijs.

*Bellum ciui-*  
*le inter Syl-*  
*lam & Ma-*  
*rium.*

*L. Cinna.*  
*Papirius*  
*Carbo.*  
*Sylla victor.*

*Reges Sylla.*

*Cicero pri-*  
*uam causam*  
*pro Roscio*  
*dixit.*

Ipso dictatore, M. Cicero, natus annos xxvi, in forum pro-  
 diit, & pro Sex. Roscio publicâ causam dixit. Ante ipsum cla-  
 rissimi nominis oratores fuerunt Q. Catulus, C. Iulius, M. An-  
 tonius, L. Crassus, cuius quidem ætate lingua Latina suam qua-  
 sita matre.

ſi maturitatem habuit, vt ait LICERO. Fuit autem hæc Cicero-  
 nis ætas omnium eruditiffima: nam vt tot tamque præſtantes  
 oratores omittam, iureconſulti quoque fuerunt inſignes, & in *Iuriſconſul*  
 his C. Aquilius Gallus, L. Lucilius Balbus, C. Iuuentius, Sextus *ti inſigne*  
Papyrius, auditores Q. Mutii Scauolæ, pontificis, cui & Cicero  
 dedit operam adoleſcens. AEqualis autem propè Ciceronis e-  
 rat P. Seruius Sulpitius, qui ſuperiorum auditor, diſcipulos ha-  
 buit A. Offilius, P. Alphenus Varus, Caius, Titium Cæſium,  
ſuos Aufidios, C. Atteium Paquium, Flauium Priſcum, Cin-  
nam, P. Cæcilium: floruit etiam cum Sulpitio, C. Trebatius, cui  
 diſcipulis fuit Antiftius Labeo. Sulpitium mortuum Cicero  
 verbis ampliffimis laudans, Omnes, ait, qui ex omni ætate hæc  
 in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnum in locum  
 conferantur, cum Seruius Sulpitio non ſunt comparandi. Ne-  
 que enim ille magis iuriſconſultus, quam iuſtitix fuit.

Ex proſcriptorum numero Q. Sertorius reſtabat, vir animi *Sertorius in*  
 robore bellique ſcientia præclarus. Is in vltiori Hiſpania *Hiſpaniam*  
 grauiffimum bellum excitauit, & deuidis aliquot ducibus po- *bellum exci-*  
 puli Romani, complures vrbes in ſua poteflate redegere. *tauit.*  
 Itaque belli adminiſtratio tædem commiſſa fuit Cn. Pompeio:  
 quumque varia fortuna ſæpe pugnatum eſſet, tandem inſidioſe *Cn. Pom-*  
 fuit interfectus Sertorius, & Pompeius deinde decimo ferè an- *peius.*  
 no poſt incœptum bellum, Hiſpanias recipit.

In hoc tempore Nicomedes Bithyniæ rex moriens, popu- *Nicomedes.*  
 lum Romanum inſtituit hæredem. Mithridates autem, Ponti- *Mithridates*  
 rex, qui ſœdus antea cum Sertorio fecerat, in illa Mariana &  
Syllana factione, occupata Bithynia, maximis viribus bellum  
 reſtiturat. In eum miſſus eſt cum exercitu L. Lucullus, qui Cõſ. *Lucullus cõ*  
 equèſtribus præliis ſœliciter rem geſiit, ac deinde proconſul *Mithridate.*  
 exo exercitu & erepta Bithynia coegit illum in Pontum re-  
 trocedere. Ibi quoque ingenti prælio victus Mithridates, ad Ti-  
granem Armenix regem confugit: Lucullus verò perſequens  
 & inſtans, veriusque copias aliquot præliis concidit, & quò mi-  
 nus bellum planè conficeret, optatumque victoriæ fructum ac-  
 que laudem reportaret, in cauſa fuerunt ſeditiones militares,  
 callidè à nonnullis excitatæ. Nam paulò poſt reuocato Lucul-  
lo, belli adminiſtratio commiſſa fuit Cn. Pompeio: cuius qui-  
 dem rei ſuaſor etiam fuerat M. Cicero, quum in Pompeii lau-  
 dem luculentam haberet ad populum orationem. Lucullus, *Luculli amo*  
 reuocatus, triumphauit niſiulo ſecus, & epulum ſplendidiſſi- *plitulo.*  
 mum populo Romano dedit: relicta deinde republica, domi  
 vixit priuatus in philoſophix ſtudiis, & ampliffimam inſtituit  
 bibliothecam, in vltu quoridiano ſplendidus & magnificus, vt  
 antea temper. Eius bibliothecæ meminit Cicero, ſequè eò ve-  
 rare ſolitam eſſe oſtendit, vt libros inde promeret. Pompeius



*Pompeii victoria & in hostem humanitas.*  
*Mithridatis obitus.*  
*Pirata victi*  
 Mithridatem in fugam coniecit, longissimèque persequutus est. Et Tigranem regem deditione cepit: quumque in suis castris illum supplicè, abiectumque vidisset, erexit, vt ait Cicero, atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, & imperatis certis rebus regnare iussit. Mithridates tandè, obsessus a filio suo Pharnace, mortem sibi consciiuit ipse. Cn. Pompeio magnam auctoritatem conciliauerat bellum illud quod cum piratis gessit: quod quidè fuit antè quàm in Mithridatem irret.

*Catilinacō-  
 oratio.*  
*L. Cotta, &  
 Torquatus.*  
*M. Flavius na-  
 scitur.*  
*L. Piso &  
 Gabinus.*  
*Melucius.*  
*Jul. Cesar.*  
*Aricinus.*  
*Ciceronis e-  
 xilium.*  
 Eo sedato bello, mox aliud incēdium civile ortum est. Nam L. Catilina cum aliis multis in perniciem reipublicæ coniu-  
 uerat: Verum singulari Ciceronis industria, qui tum consul e-  
 rat, patefacto scelere, pulsus vrbe, quum copias in Hetruria, &  
 manus perditorum hominum coegisset, a C. Antonio consule,  
 Ciceronis collega, prælio victus, occubuit. Operam quam tunc  
 reipublicæ præstitit Cicero, passim in suis scriptis prædicat: &  
 non modò tunc visas nocturno tempore faces, ardoremque cæ-  
 li, fulminumque iactus, & terræ motus extitisse dicit, verum etiam illa prodigia quæ L. Cotta & Torquato, consulibus, annis  
 duodecim antè ipsum consulem, acciderant, huc accomodat:  
 quando complures in capitolio turres percussæ, & simulachra  
 deorum depulsa, & statux veterum hominum deiectæ, & legum  
 æra liquefacta fuerunt, tactus etiam qui Romam vrbe condidit,  
 Romulus, paruus atque lactens & vberibus lupinis inhians,  
 Catilinæ naturam & ingenium Cicero describens, nunquam  
 ait fuisse tale monstrum in terris vllum, tam ex contrariis di-  
 uersisque inter se repugnantibus naturæ studiis cupiditatibusque  
 conflatum. Cicerone consule, natus est C. Octavius, & Iu-  
 dexa Romanis facta stipendiaria, quum Hierosolymam Cn. Pō-  
 peius expugnasset.

Quinto post anno, L. Pisone, A. Gabinio, consulibus, Hel-  
 uetii sedes mutarunt, & maximis cum copiis per prouinciam  
 Galliam constituerunt in reliquam Galliam penetrare, & ibi  
 propter agri fertilitatem considere. Quo cognito, C. Iulius Cæ-  
 sar, sex annis natu minor Cicerone, collecto exercitu, quod ei  
 prouinciam senatus attribuisset, profectus illuc, & comisso præ-  
 lio fudit hostem: post etiam Aricinum, Germanorum regem,  
 qui Gallia Celticâ, in primis autè Heduos, populi Romani ioc-  
 ios oppræsserat, non procul a Rheno debellauit. Vesontione,  
 Sequanorum oppido profectus. Omnem deinde Galliam in di-  
 tionem populi Romani perduxit, simul traiecto mari, Britan-  
 niam deuicit. Ex Britannia Cæsarem ad se dedisse literas, ait  
 Cicero, Calendis Septembris, quas ipse post accepit ad quar-  
 tum Calendas Octobris. Quum in Galliam Cæsar irret, Cicero  
 vexatus a P. Clodio tribuno plebis, in exilium discessit, ora-  
 tione

none prius habita ad populum & Equites, qua suos liberos atque familiam illis committat. Reuocatus autem aliquot post mensibus à senatu maxima cum populi gratulatione, alteram habuit orationem ad Quirites, qua gratias agit amicis. Causam ex illi post contulit in L. Pisonem, A. Gabinium, consules, ab illis que proditum sese demonstrat, habitis orationibus in vtrunque: quarum in altera senatui suadet vt prouincias illis adimant, Syriam ac Macedoniam, & ne C. Cæsarem foelicissimè belligerantem in Gallis reuocent, sed vt imperium ei proferrant, quò planè bellum conficiat. Interea Ptolomæus Auletes, Aegypti rex, propter ignauiam & crudelitatem regno pulsus, Romam venit, & persuasus à Cn. Pompeio senat<sup>o</sup>, per A. Gabinium restituit illum, Archelao pulso, qui de populi voluntate regnabat. Gabinius fuit damnatus tandem, vt in ærarium inferret decem millia talenta, vel vt quidam nostri homines rationem putant, sexagies centena millia, quòd tantam summam à Ptolomæo accepisset. M. etiam Crassus, cui Particum bellum fuit decretum, Euphrate transmissus, victus, in colloquio deinde per fidem fuit interfectus. Hic est ille qui dicere solebat, neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere possit suis fructibus. Per hoc quoque tempus fuit occisus à T. Annio Milone, P. Clodius Milonem Cicero defendit, Cn. Pompeio tertio, & solo consule: sed ille tamen iussus est exulare.

*Auletes in  
grauia re-  
gno pulsus.  
Archelæus.*

*M. Crassus.*

*Anni<sup>o</sup> Milo*

Confecto bello Gallico, quod fuit octauo circiter anno, bellum est natum ciuile C. Cæsaris, cum Cn. Pompeio, genero. Causa erat belli, quòd Cæsar à consulari repudiaretur, ni dimitteret prius copias, & prouinciam traderet: illi verò persuasum erat, se saluum esse non posse, si ab exercitu recederet. ferebat tamen eam conditionem, vt tum ipse, tum Pompeius traderet exercitus: quumque id repudiaretur, progressus incredibili celeritate cum copiis, è Gallia venit in Italiam, & Flaminiam ingressus, oppida quamplurima, partim gratia, partim ditione capit. Ea re cognita, Pompeius, & ambo consules, C. Marcellus, L. Lentulus Roma fugiunt, & Brundisium Apulie oppidum maritimum petunt. Eò venit etiam Cæsar: sed iam consules trajecto mari Dirrhachium iuerant, neque multo post insequitur eos Pompeius: & quum Cæsar tempore exclusus, quòd classem idoneam non haberet, illum persequi non posset, Romam venit, & conuocato senatu, de iniuriis queritur, ac simul pacis conditiones proponit: quumque remissius ageretur à senatu, Masiliam petit, quæ portas illi clausit. Ita que coparata classe, terra marique illam obsidet, & relictis ibi legatis, in Hispaniam proficiscitur: ibi Petreium & Afranium, Pompeianos duces, totumque exercitum ditione tandem capit. Post Masiliam rediit, quæ tum primùm desperatis rebus omnibus, in perniciem illius se

*Causa belli  
inter Cæsa-  
rem & P.  
peium.*

*Cæsar Mas-  
siliam obsi-  
det.*

*Pöpius vi-*  
*ditus.*

*Ptolomæus.*  
*Dionysius be-*  
*neficiorum im-*  
*memor.*

*Pöpii mors.*

*Belli aduer-*  
*sus Cæsarem*  
*1139.*

*Pharnacem*  
*infigit Cæ-*  
*sar.*

*Cæsar visio,*  
*in Africa.*

*Cæsar, cui se-*  
*dit mortem co-*  
*sciuit.*

permisit, & absens à M. Lepido prætor dictator factus, Romam venit, comitia habet, & consul creatur cum P. Serulio Isaurico: deinde rebus in urbe constitutis, in Græciam transmittit, ac tandem in Thessalia Pompeium maximo prælio vincit, copiis multo superiorem, & castris exiit. Pompeius fugiens, Aegyptum petit. Erat tum Aegypti rex Ptolomæus Dionysius, Ptolomæi Aulete filius, quem expulsum regno Pompeius consul per A. Gabinium reduxerat, vt supra diximus. Propter hoc beneficium sperabat opem atque tutelam in ea regione: rex autem erat ætate puer, eiusque familiares, vel quod fortunam Pompeii despicerent, vel quod motum aliquem metuerent, insidiosè illum interficiunt. Cæsar fugientem persequutus, Alexandria peruenit cum tribus millibus hominum, & ducentis, atque ibi primum de morte Pompeii cognoscit. Cicero iudicans de utroque, Proximo bello, inquit, si aliquid de summa grauitate Pompeius, multam de cupiditate Cæsar dimississet, & pacem habuisset, & aliquam rempublicam nobis habere licuisset.

Gerebat tunc bellum Aegypti rex cum sore Cleopatra: Cæsar itaque, quum esset Alexandria, voluit de controuersis iure potius apud se, quam armis inter ipsos disceptari, eo quod consul esset populi Romani, & quod superioribus annis, cum Ptolomæo, patre regis, lege & senatusconsulto societas facta erat. Hoc ipsum vetò indignissimè ferebant præfecti, querentes maiestatem regiam minui, quod ad dicendam causam euocaretur. Cõcitatis ergo animis, bellum aduersus Cæsarem moliantur: sed ille post magna pericula victor, extincto rege, non quidem redigit Aegyptum in provinciam formam, sed Cleopatræ eiusque fratri minori regnum permisit. Inde profectus in Syriam, ac post in Pontum, Pharnacem regem, Mithridatis filium profligat, Cappadociam, Armeniam, Gallogræciam, Pontum & Bithyniam pacat. In Italiam ac Romam deinde reuersus, media post hyeme, & ad solstitium hybernum, ex Lilybæo traiecit in Africam, licet à summo Aruspice monitus esset ne ante brumam transmitteret. Eò confugerant à pugna Pharsalica Scipio & Cato, M. Porcii Catonis pronepos, magnisque contractis copiis, Iabam regem sibi confocauerant. Profectus igitur Cæsar, ad internecionem omnes deleuit: & Cato quidem, ne in illius potestatem veniret, Vitæ mortem sibi cõsciuit ipse. Quod eundem Cicero defendit: & cui incredibilem quandam natura grauitatem dedisset, ei potius hoc faciendum fuisse dicit, quam tyranni vultus aspiciendus. Erat Stoicæ disciplinæ Cato, & sententias horridiores nonnunquam in senatu defendebat, tanquam in Platoniis versaretur politia, sicut ait Cicero, non tanquam in Romuli sæce. Romam postea Cæsar venit: quumque de Gallia, Aegypto, Ponto & Africa triuicem, haberet, aduersus Sex. Pompeium,

peium bellum suscepit, in Hispaniam profectus, eumque debel-  
lauit. Itaque deuictis omnibus aduersariis, & longe lateque pa-  
catis populis, in urbem redit anno quinto post inceptum bellū  
ciuile: & quum de Hispania triumphasset, dictatoris quoque no-  
men atque potestatem sibi delatum perpetuū sumeret, ac sena-  
tum pro suo constitueret arbitratu, reliquos etiam honores ac  
munera publica, prope solus elargiretur, ac quibus vellet di-  
stribueret, in odia plurimorum incurrit.

Mutato igitur reipublicæ statu, & ad vnius principatum re-  
uocata summa rerum, coniurationes in eum factæ, tandem exar-  
serunt, & quinto post mense quam Romam venisset, in curia  
Pompeii fuit Idus Martiis interfectus, ab iis ipsis quos recen-  
ti beneficio sibi deuinxerat, quibusque ignouerat, quod bello  
Pompeiano contra ipsum militassent. Hi erant M. & D. Bru-  
tus, C. Cassius, Cn. Domitius, C. Trebonius, Q. Tullius Cim-  
ber, duo Seruillii, Casca, Hala, & complures alii. Ciceronem  
quoque M. Antonius, consul, collega Cæsaris ut conscriptum cæ-  
dis, ad senatum coarguit, quod interfecto Cæsare, statim cru-  
entum altè extollens M. Brutus pugionem, ipsum nominatim  
extulisset, atque ei recuperatam libertatem esset gratula-  
tus. Tradunt nonnulli, C. Cæsarem Græcis verbis affatum es-  
se M. Brutum, irruentem, & appellasse filium: id quomodo ac-  
cipiant illi, nescio: hoc quidem ex Cicerone constat, Brutum an-  
nis quindecim fuisse natu minorem illò. Leges aliquot tulit,  
partim consul, partim dictator, quæ propter ipsum Iulix dicun-  
tur, Agraria de iudiciis, de vi, maiestatis, repetundarum, de sa-  
cerdotiis, de scenore. Sunt alix quædam eius nominis, verum  
ab Octauio latæ. Clemenciam Cæsari tribuunt omnes; Cicero e-  
tiam ingenium, acumen, rationem, memoriam, literaturam, co-  
gitationem, diligentiam: sed eius dominatum ægerimè tulit,  
occultè tamen, & in quadam ad Atticum epistola, intelliges,  
inquit, id regnum vix semestre esse posse. Fuit autem in hac to-  
ta causa Cicero valde lubricus & inconstans. Nam in bello se-  
quutus est partes atque castra Pompeii, licet ipsius animi de-  
fectionem atque negligentiam reprehenderet: & in epistolis ad  
amicos, C. Cæsarem belligerantem vocabat tyrannum atque  
monstrum. Profligato autem & extincto Pompeio, quum Cæ-  
sar multis ignosceret, stylium vertit, & tribus habitis orationi-  
bus, ad cælum vsque laudibus eum efferebat: quumque sibi fie-  
ri Cæsaris insidias audisset, seque satis vixisse nonnunquam di-  
ceret, ille deprecatur, & orat vt hanc opinionem deponat: nam  
etsi gloria sit cumulatissima, idèò que sibi quidem satis vix-  
erit, non tamen satis vixisse reipublicæ, quæ præsidio carere nõ  
possit ipsius atque tutela: de periculo nõ esse quod sit sollicitus:  
at omnes, inquit, tibi non modò excubias & custodias, sed etiam

Leges Iulia.

laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur. A nec vero Cæsaris mirum in modum exultabat: & qui illum occidissent, eam gloriam consequutos esse dicebat, quæ vix cælo capi posse videretur. Hæc est igitur quarta & postrema monarchia. Quo quidem in loco notandum est, quomodo ex minimis initiis paulatim ad summam potentiam creuerit ea ciuitas, quæ à pastoribus condita, domina tandem euasit orbis terrarum. Nunc deinceps breuiter, quantum licebit, exponam quemadmodum ab illo rerum fastigio sensim postea declinaret ad interitum.

Quarta & postrema monarchia.

## LIBER II.

Octavius, Antonius & Lepidus Triumviri.



AE S A R E interfecto, C. Octavius, qui Cæsaris sororis erat nepos, traductis ad se legionibus, acerbissimè persequutus est illi percussores. Et quò initio pro republica videretur in M. Antonii arma sumere, tandè partitus imperium cù illo & M. Lepido, triuuiratum instituit, in quo

Cicero ab Antonio occisus.

M. Cicero, qui vehementer Antonium oppugnerat, trucidatus ab eo fuit, natus annos lxxiii, quò ante annos octo mortè obiisset Q. Hortensius, totidè annis natus maior illo, sicut supra dictum est. Ciceronè planè sefellertunt sua consilia: quò enim à morte C. Cæsaris rempublica perturbaret Antonius, C. Octavium Cæsaris propinquum, viginti annorum adolescentem, miris laudibus senatui Cicero commendabat, & suadere cœpit, vt non habita illius ætatis ratione, crearetur cõsul, adductis ex veteri memoria multis exemplis quamobrem id fieri posset: refutatis etiam iis quæ metuenda videbantur, fidem suam obligare se profitebatur senatui, semper illum talem fore ciuem, qualis tum esset, quatemque eum maximè velle & optare deberent. Sed post ab illo destitutus, in Antonii manus deuenit. M. Brutus etiam grauius eum reprehendit, quòd illi sic adularetur. Cæterum, in æmulatione imperii, natis vti fieri solet, offensionibus, quum propter coniurationem in Octavium, triuuiratu iam antea motus esset, & relegatus M. Lepidus,

Bellum inter Triumviri.

bellum in Antonium alterum collegam suscepit Octavius, & ipsum atque Cleopatram, de qua supra diximus, post Asiaticam victoriam, expugnauit ad Alexandriam, & ad mortem sibi ipsis inferendam adegit, & Aegyptum populi Romani prouinciam fecit. Tradunt authores, Aegypti fructus annuos fuisse, Protono Aurete regnante, duodecim millia, quingenta talenta. Hanc summam nostri temporis viri docti redigunt ad septuagies & quinquies centena coronatorum aureorum millia.

Aegypti summi.

lia. Quum autem in populi Romani deditionem venisset, multo putat fuisse fructuosorem, propter Indix & Aethiopiae commercia.

Deiuncto & sublato Antonio, solus per annos xliiii, republicam gessit Octavius: & ipsius imperii anno xxix, conditi autem orbis ter millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, sicut plerique numerant, natus est Servator noster Christus Iesus, quum ante septem annos Herodes cognomento Magnus, templum Hierosolymæ dirutum reedificasset magnificentissimè. M. Antonius habebat in matrimonio C. Octavii sororem: sed amore captus Cleopatæ, quum Asiam peragraret, illa desertâ, duxit hanc uxorem, eaque res partim etiam belli causam dedit. Sumus autem erat utriusque luxus, de quo conviviis illorum atque deliciis & voluptatibus incredibilia ferè prodiderunt authores: verum is quæ dixi, fuit ipsorum exitus, vitæque finis. M. Antonius erat M. Antonii, de quo supra dictum est, oratoris clarissimi nepos. C. Octavio regnante, populi Romani exercitus omnium primo bellum Germaniæ fecit in ipsorum finibus. C. Julius Cæsar bis quidem profligavit Germanos, verum in Gallis, nempe Arriovistum in Celtis: & deinde ad Mosam confluentem atque Rhenum: post eam victoriam extructo ponte Rhenum transiit, sed paucis diebus ibi commoratus, exercitum in Galliam reduxit, pontemque rescidit. Biennio deinde post, rursus ponte Rhenum transmisit, paulò supra eum locum, quo antea exercitum traduxerat, ac tum planè constituit in Suevos proficisci: verum per exploratores certior factus de rebus omnibus, & difficultatem veritus inopiâque commearus, in Galliam se recepit, partem aliquam pontis rescidit, & in altera parte iurim atque castellum constituit, præsidiiisque firmavit, ne sui reditus metum hostibus omnino tolleret. Et hæc quidem solum aduersum Germanos gessit C. Cæsar, sicuti ipse commemorat: verum Octavius per Tiberium atque Drusum fratres, bellum Rhœtis inulit atque Vindelicis: & ex Vbiis, populi Romani sociis, eam Germaniæ partem, quæ Westphalia dicitur, iuvasit, ducem Quintilio Varo: sed hunc ad internecionem propè concidit Chitiscorum dux Arminius, inter Amisiam flumen & Luppiam. Eius morte grauissimè perturbatum Vergilium, Horatius carmine pulcherrimo consolatur. Drusus in Germania perit, relictis filiis, Germanico viro præstantissimo, & Claudio. Celebrat eum Horatius, ode doctissima, sicut antè quoque diximus, & stirpem ipsius refert ad C. Claudium Neronem, qui consul cum M. Liuiio Salinatore II, fratrem Annibalis, Asdrubalem, novas adducentem copias, ad Metaurum flumen concidit Cantabros præterea domuit Augustus, & Aquitanos, & Pannonios, & Dalmatas, & Illyricos, & Salsios, alpium inco-

Anno imperii Octavii xxix, natus est Christus Herodes.

M. Antonii & Cleopatra luxus.

Bellum in finibus Germaniæ.

Expeditio Cæsarum in Germanos.

Tiberius & Drusus.

Arminius.

Augusti victoria.

las. De deponenda quidem imperii mole dicitur cogitasse non semel: sed quum inuicem reputaret, & se priuatum non sine periculo futurum, & illam arbitrio multorum temere committi, sententiam mutauit.

Herodes mo-  
rietur.

Archelaus.

Octauii  
Cæsaris sibi  
pater quis?

Regni ipsius anno XXXIII, Herodes magnus, quem M. Antonius & ipse, tertio triumphatus anno Iudææ regem constituerant, mortuus est: & octauo post anno filius eius atque sue cæsar, Archelaus, Viennam fuit relegatus in exilium, Gallie oppidum. Ad prouinciarum imperii tutelam legiones aluisse scribitur Octauius XLIIII, & in Aegypto quidem ternas, in Hispania totidem, per Germaniã octonas. Quantus autem fuerit eius rei sumptus annuus, nonnulli rationem inierunt, & ad centies atque vicies centena coronatorum aureorum millia ponunt, sic ut in singulas legiones annua ducenta septuaginta duo distribuant aureorum millia. Legionem uero sex milibus pedum censent, equitibus quingentis. In Octauio valde prædicatur studium & liberalitas erga viros doctrina præfatos. Erat tunc præcipui nominis poetæ, Varius, Vergilius, Plotius, Galgus, Fuscus, duo Gisci, Pollio, Messala, Bibuli, Seruius, Furnius, Horatius, qui sua scripta cupit illis probari, minimè sollicitus quid alii sentiant. Cæterum, inde à M. Portio Catone & Africano maiori, ad hoc usque tempus, perpetua quadam serie, clarissima Romæ fulserunt ingenia: sed hoc Augusti seculum ferè postremum est, quod natiuum illum linguæ Latine succum, & sanguinem incorruptum retinuit. Nam deinceps pau latini magis atque magis fuit sermo vitiatum, donec in meram degenerauit barbariem, quæ ad hanc nostram usque memoriã adhæsit. Cordubæ natos poetas pingue quiddam sonare Tullius ait & peregrinum: quid de illis iudicaturum fuisse putamus, qui centum & amplius post annis vixerunt, non Cordubæ nati, lo- lum & educati, sed etiam Romæ?

Tiberii III.  
Cæsar.

Cæterum, Tiberius, Octauii Augusti priuignus & gener & filius adoptiuus, admodum inuitus, ut quidem præ se ferebat, & vix tandem exoratus à supplicante senatu, principatum suscepit: & in initio quidem nihil solus agebat, de que rebus omnibus, quæ alienius essent momenti, cum senatu communicabat: sed paulo post, reipublicæ cura planè deposita, eorum se voluptatibus tradidit. Eo regnante, Armeniam Parthi occuparunt, Moesiam Daci & Sarmatæ, Galliam vastabant Germani: sed his incommodis nihil ipse mouebatur. Eius regni anno decimo quinto, Christum seruatorem nostrum esse crucifixum, nonnulli tradunt, & magni quidem in re theologica viri: sed eodem anno Lucas baptisatum esse scribit à Ioanne. Floruerunt tunc M. Cocceius Nerva, pater & filius, Cassius Longinus, iureconsulti. Tiberii pater fuit Tiberius Nero, qui C. Cæsari bello

Christus ser-  
uator noster  
crucifixus.

iusserunt

bello militarat Alexandrino.

Succesit ei C. Cæsar Caligula, parentis optimi, Germanici, *Caligula*  
 pessimus filius, & plane monstrum. Viginti tribus illis annis *IIII Cæsar*  
 quibus præfuit, infinitam auri vim Tiberius collegisse scri- *parentis opti*  
 bitur, quam ille primo statim anno totam profudit. Ipfius regi- *mi pessimus*  
 ni anno secundo circiter, Herodes Antipa, Magni filius, inter- *filius.*  
 fector Ioannis Baptiste, Lugdunum fuit missus in exilium, & *Herodes*  
 successorem habuit Herodem Agrippam, qui Iacobum Aposto- *Antipa.*  
 lum extinxit. *Herodes*

Caligula necato, subrogatus est Claudius, patruus Ts, ubi *Agrippa.*  
 defecisset Britannia, profectus eo, & parte insulae in ditionem *Claudius*  
 recepta, domum rediit. Maxima fuit, eo regnante, passim in- *Cæsar.*  
 dia, quam ab Agabo prænuntiatam fuisse, Lucas Euangelista  
 commemorat.

Claudii successor Nero Claudius, non obscure significabat, *Nero 6.*  
 se quâdoque sublaturum esse prorsus ordinem senatorium. Eo  
 regnante, Britannia magnam cladem accepit, direptis ibi ci-  
 uibus atque focus populi Romani: legiones etiam sub iugum  
 missæ fuerunt in Armenia, & vix ægrè retenta Syria: deinde Gal-  
 lia defecit, auctore Iulio Vindice, eius prouinciæ præfecto, *Iulius Vin-*  
 post etiam Hispania, duce Sergio Galba. Quinque de recupe- *dex.*  
 randis amissis cogitaret, inque Galliam pararet professionem, *Sergius*  
 reliqui etiam exercitus, quos habebat passim in prouinciis, re- *Galba.*  
 bellarunt. Quam fuerit immanis & effrata bellua, notum est  
 ex historiis: itaque iudicatus hostis à senatu, seipsum interfecit,  
 adiuuante seruulo. Florebant eo tempore præter Senecam, Lu-  
 canus, Persius, Silius Italicus, poetæ: & hic quidem vltimo Ne-  
 ronis anno fuit cõsul.

Ab eo tempore status reipublicæ fuit eò redactus, vt penes  
 exercitum atque legiones populi Romani esset creare Cæsarē.  
 hunc ad modum factus est etiam Cæsar, Vespasianus. Nam qui *Vespasianus.*  
 per Morsiam erant, & Pannoniam, & Iudæam & Syriam, exer-  
 citus, ab A. Vitellio defecerunt, & in Vespasiani verba iurarunt.  
 Hic Achaia, Lyciam, Rhodū, Byzantium, Samū, Thraciam, Sicilia,  
 & Comagenem populi Romani prouincias fecit, & Hierosoly-  
 manam funditus deleuit, administrante bellum Tiro filio.

Flavius Domitianus, cum Chattis, cum Dacis, cum Sarmatis  
 bella gessit, deque iis triumphauit. Vixerunt tunc Statius, *8. Postus*  
 Iuuenalis, Martialis, poetæ.

Vlpus Traianus à Nerua Cocceio adoptatus, ac deinde *Traianus*  
 Cæsar factus. Dacos his rebellantes domuit, ac Romane ditio- *unus.*  
 nis fecit, coloniasque deduxit. In Armeniam & Parthos cum  
 exercitu profectus, deditione & gratia sibi illos adiunxit, & Par-  
 thicus deinde vocatus est: verum plerique omnes ab eo subie-  
 cti populi, rebellarunt tandem, præcipue per Armeniam &



Mesopotamiam, Parthi etiam regem ipsis datum, ab illo repudiarunt, quum in Italiam reuerti cœpisset.

*Adrianus 10.*

Aelius Adrianus Iudæam rebellantem domuit: eius causa belli fuit, quod Hierosolymæ, quam rursus habitari permisit, Ioui Olympio templum ædificasset, quam rem indignissimè Iudæi ferebant. Gallias, item, Germaniam & Britanniam, & Hispanias inuisit, deinde Mauritaniam, & Parthos, & Asiã, & Græciam, perque Siciliam Romam rediit. Inde rursus in Africam profectus, Romamque reuersus, denuo Græciam Asiãque petit, illinc in Arabiam contendit, & post in Aegyptum. Conuocato senatu, commendauit eis Antoninum Pium: qui post eum factus Cæsar, pacem coluit, deque omnibus bene mereri studès, exteros reges atque populos literis & humanitate in officio cõtinuit. Eius tempore iure consulti floruerunt, Alburnius Valès, Tuscianus, Vindius Verus, Vlpus Marcellus, Arrianus, Tertullianus, Salmius Iulianus, L. Volusius Metianus.

*Antoninus Pius 11.*

*Inreconsulti*

*M. Antoninus dicitur Philosophus 12.*

Antonino Pio successit filius M. Antoninus, cognomento Philosophus, qui propinquum L. Aurelium Verum, socium imperii sibi sumpsit. Per eum foeliciter gessit Parthicum bellũ, ipse domi & in vrbe rempublicam curans: deinde mortuo Vero, solus imperauit, & in Germanos bene rem gessit: Marcomanos etiam oppressit & Sarmatas & Vandalos & Quados, qui Pannonias inuaserant. Plerique enim omnes populi, inde ab Illyrico vsque in Galliam, eo tempore contra nomen Romanum conspirauerant.

*Commodus Antoninus 13.*

Huius laudatissimi principis filius flagitiosissimus, Commodus Antoninus, per legatos deuicit Mauros atque Dacos: composuit Pannonias, Germaniam, Britanniam, imperium eius recusantes, ipse interim in omni genere turpitudinis & crudelitatis vitam degens.

*Septimius Seuerus. Albinus. Abagatus.*

Septimius Seuerus, ciuile bellum gessit cum Nigro, qui Asiam, & cum Albinõ, qui Galliam ad defectionem sollicitabat. Cum Parthis foeliciter pugnavit, Iudæos per Syriam debellauit, Persarum regem Abagatum subegit, Arabas in deditionem accepit, Britanniam communiuit, muro vtrinque ad Oceanum ducto, per transfuersam insulam, & subactis populis, Britanniz infestis, Eboraci vitam finiit.

*Aurelius Bassianus. Papiniani constantia.*

Eius filius Antoninus Bassianus Caracalla, bellum intulit Parthis & Armenis. Hic est, qui Papinianum prætorii præfectum, nolentem defendere parricidium, trucidari iussit. Viguerunt hoc tempore complures iure consulti, plerique omnes Papiniani auditores, Tarruntius Paternus, Macer, Terentius, Clemens, Menæder, Archadius, Ruffianus, Papyrius fronto, Antius, Maximus, Hermogenianus, Africanus Florentinus, Tryphonus, Iustus, Calistratus, Venuleius Celsus. Interfecto Caracal-

ſe ſucceſſit Macrinus, qui parum ſœliciter pugnans cum Ar-  
rabano Parthorum rege, quò legiones animaduerneret ad He-  
liogabalum Baſſiani filium inclinare, pacem fecit.

Alexander Seuerus, ſœdiſſimi hominis Heliogabali ſucceſ-  
 ſor, vir ſtrenuus, Artaxerxem Perſarum regem ingenti prælio  
 vicit, Mefopotamiam recuperavit, deperditam ab Heliogaba-  
 lo: per legatos in Mauritania, in Illyrico, in Armenia ſœliciter  
 belligeravit: in Germanos deinde profectus, qui Galliam va-  
 ſtabat, à quibusdam ſuis militibus interfectus eſt. Huic erat fa-  
 miliaris admodum Vlpianus iureconſultus, Papiniani diſci-  
 pulus. Vixerunt tunc etiam Paulus, & Pomponius & Mode-  
 ſtinus. Alexandrum excepit Maximinus. Is totis viribus in  
Germaniam profectus, non ſolùm Romano milite, ſed Mau-  
ris etiam, & Oſtroenſis, & Parthis, quos Alexander habue-  
 rat, uſus eſt: vicos Germaniæ longè latèque incendit, hoſtium  
 vim magnam concidit, ac multò plures cepit, militèmq; re-  
 duxit opulentum. Germania pacata, Syrium venit, & Sar-  
matis bellum inferre cogitabat: nec id modò, ſed ipſius etiam  
 erat propoſiti, regiones illas omnes, quæ ſunt ſub Septentrion-  
nibus, ad Oceanum uſque Romano ſubiicere imperio, ſed of-  
 fenſus crudelitate illius exercitus, Gordianum ſummæ rei  
 præficit, eamque rem ſenatus, qui & ipſe Maximinum oderat,  
 habuit ratam, & illùm reipublicæ hoſtem pronuntiat. Hoc  
 factum vindicaturus ille, habita concione ad exercitum, Roma-  
nam contendit: quo cognito, ſenatus Pupienum, & Balbinum  
Imperatores declarat: & Pupieno quidem belli tradit admi-  
 niſtrationem aduerſus Maximinum, qui Aquileiam obſidens,  
 à ſuis militibus, vnà cum filio, quietes in tabernaculo fuit in-  
 terfectus.

Post hæc, Pupieno & Balbino per ſeditionem militarem oc-  
 ciſis, quum biennio regnaſſent, ad Gordianum adoleſcentem,  
 rerum ſumma delata fuit. Is quarto ſui imperii anno, per Moe-  
ſiam atque Thraciam in Perſas profectus eſt, in iſque Tocis  
populi Romani hoſtes proſtigauit. Inde per Syriam venit  
Antiochiam, que tum à Perſis tenebatur: illic frequentibus præ-  
 liis decertauit, & Saporem Perſarum regem eiecit: ita quidem  
 vt Perſæ, qui iam propè formidabiles erant Italiæ, ſuos intra  
 fines recipere ſeſe cogerentur. Sexto demum imperii anno cir-  
 cunuëtus à Philippo prætorii præfecto, qui milites ad ſeditio-  
 nem concitauerat, interfectus eſt. Idem fuit etiam exitus Phi-  
lippi, qui contra Scythas, Romanorum ſociis ac municipiis infe-  
 rentes bellum, legatos cum exercitu miſit.

Hic ſucceſſorem habuit Decium, qui à legionibus Illyri-  
cis factus Cæſar, aſſentiente poſtea ſenatu, primum Galliæ mo-  
 tus compoſuit, deinde republica ſenatui commendata, profe-

*Alexander  
Seuerus.*

*Artaxerxes.*

*Vlpianus Iu-  
reconſultus.*

*Maximinus  
Imperator.*

*Gordianus*

*Pupienus &  
Balbinus.*

*Gordianus  
Imperator.*

*Sapor rex  
Perſarum.  
Philippi tra-  
dicio & extir-  
tus.*

*Decius.*

Alonem vnà cum filio, Imperii socio, de senatus voluntate, suscepit in Scythas, qui tetra marique Thraciam & alia Imperii loca vastabat: & praeliis aliquot victor, hoste in angustias locorū redacto, plenam victoriā reportasset, nisi Gallus Hostilianus, extremæ Mœsiæ præfectus, consilium illius ad hostem enuntiasset: quò factum est, vt praelio commissio, pater & filius ex insidiis circumuenti interficerentur.

**Gallus Hostilianus.**

Gallus deinde, Cæsar factus à legione vna & militum reliquis, qui superstitēs erant, pacē cum Scythis fecit. populo Romano turpem & ignominiosam, quando tributum eis dependere promisit, rem inauditam, & tanti nominis maiestate proprius indignam. Itaque ferociores facti Scythæ, rupto fœdere, populabantur Dardaniam, Thraciam, Thessaliam, Macedoniam: nec id modo, sed Asiam quoque, vastatis & deletis quamplurimis vrribus. Demum Scytharum exemplo multi alii facti sunt Romanorum hostes, complures etiam rebellant. In Syriam penetrabant Parthi, & Armeniam occupabant, fugato ipsorum rege Tyridate. Scythæ verò tam erant insolentes, vt etiam Italiae minarentur: & magna perfecturi videbantur, nisi A Emilianus, Mœsiæ præfectus ad oram Sarmaticam, confirmato summi milite pollicitationibus & spe præmiorum, illos fudit: ac longissimè persequutus, ipsorū quoque fines diripiisset. Hac de causa Cæsar fuit salutatus à milite. Gallus autem eo cognito, profectus vt obliteret, vnà cum filio Volustano Imperii socio, fuit interfectus.

**A Emilianus.**

Hoc tempore Cyprianus floruit, Episcopus Carthaginensis, cuius extant inter alias multas, Epistola quædam ad Lucium episcopum Romanum, quem fratrem vocat & collegam: multò autem plures ad Cornelium: vbi conqueritur inter alia de iis qui propter delicta condemnati ab Africani episcopis, & sacerdotio deieci, Romam confugerant, amplioris cognitionis causa. Nam æquū esse dicit, vt quo loco crimen est admissum, ibi causa disceptetur: singulis enim pastoribus attributam esse portionem gregis, de qua sint rationem reddituri Domino: non ergo scindendam esse concordiam Episcoporum, neque despicendum iudiciū eorum qui per Africā de causa iā statuissent.

**Cyprianus.**

Interim exercitus alter, qui in Alpibus erat, Valerianū nobili genere natum, Cæsare creat: quod quum A Emilianū milites audissent, ne turbis implicarentur, suum Cæsarem interficiunt, & ad Valeriani partes transeunt. A Emilianus, datis ad Zenatum literis, quum Imperator factus esset, promiserat se liberaturum Thraciam, & Mesopotamiam ab hostibus, recuperaturum Armenias, & depulsurum vndique hostes Romani nominis. Valerianus in bellum Persicum profectus, culpa cuiusdam suis ducis captus fuit à Sapore Persarū rege, quem vicini principes

**Valerianus.**

**A Emilianus exiens.**

Interim exercitus alter, qui in Alpibus erat, Valerianū nobili genere natum, Cæsare creat: quod quum A Emilianū milites audissent, ne turbis implicarentur, suum Cæsarem interficiunt, & ad Valeriani partes transeunt. A Emilianus, datis ad Zenatum literis, quum Imperator factus esset, promiserat se liberaturum Thraciam, & Mesopotamiam ab hostibus, recuperaturum Armenias, & depulsurum vndique hostes Romani nominis. Valerianus in bellum Persicum profectus, culpa cuiusdam suis ducis captus fuit à Sapore Persarū rege, quem vicini principes

**Sapor.**

opes atque populi confœderati hortabaneur, frustra tamen, vt capitiuum dimitteret: hoc enim esse Romanorum fatum, vt vi-  
 & multo fortius resistent.

Capto Valeriano, successit eius filius, Gallienus. Hic totum se voluptatibus dabat, neglecta republica: sic quidem, vt milites, qui passim per prouincias erant, nouos Imperatores sibi deligerent, per Galliam, Hispaniam, Pannonias, Illyricum, Aegyptum, Aphricam, ceterisque in locis: qui tamen omnes partim ab illo, partim ciuilibus inter ipsos dissidiis oppressi fuerunt. Ipso regnante, Gothi Thraciam occupant, Macedoniam vastant, Thessalonicam obsident: Scythæ in Bithyniam & Capadociam & Asiam inuadunt, & ab Euxino ponto in Istrum deducti, Romanorum municipiis vim faciunt. Eius verò tanta fœcordia fuit, vt quæ de prouinciarum defectionibus & publicis calamitatibus audiret, ridiculè semper & contemptim responderet, quasi res publica nihilo minus consistere, suamque dignitatem retinere posset, nec ideo facta sit eius deterior conditio. Contemptus igitur tam domi, quàm foris, ob dedecorosum vitæ genus, reipublicæ quamplurimos conciliauit hostes: ac Scythæ quidem & Gothi, cumque his permixti còplures alii populi erant tum in armis, ac in perniciem populi Romani còiurauerant, circiter CCCXX. hominum millia: sed hos omnes in Mœsia, multisque aliis in locis debellauit tandè Flavius Claudius, qui interfecto Gallieno successerat, vir magnæ virtutis, ac dignus longiori vita.

Post Claudium fuit Aurelianus, quoniã eius erat perfecta virtus, quam regnate Claudio, multis locis in hostem declarauerat. Is per Insuabriam bellageffit, & cum Marcomanis conflixit, dubiè quidem initio & periculose, verum fœluciter tandem postquam illius mādatu, libris inspectis Sibyllinis, religionem senatus procurasset. Romam inde profectus, & multatatis nonnullis ob seditionem excitatam se absente, bellum suscepit, vt quæ sunt ad Oriẽtem solem, & in Syria, prouincias recuperaret: quæ Zënobia, fortis & animosa fœmina, suorum liberorum nutritrix, obtinebat, ab Odenato coniuge sibi relicta, qui Gallieno Cæsare, multa fortiter ac præclare iis in locis gesserat. Quacunque transfret Cæsar, hostes populi Romani fudit, in Illyrico, in Thracia ceterisque in locis, ac demùm in hostilem regionem vbi venisset, post variam & periculi plenam dimicationem, vicit, & reginam cepit, quæ Persarum & Armenorum auxiliis confisa, fortissimè repugnauerat. Eius autem regionis quam debellauerat, præcipua erat ciuitas Palmyra: quinquè Cæsar ex Asia rediisset in Europã, Palmyrani rebellarunt, occiso duce, x militibus in præfidio collocatis. Reuersus igitur eò, septam urbem euertit, interfectis omnibus: ita quidem, vt nec

Gallienus.

Gothi.

Fl. Claudius.

Aurelianus.

Marcomani.

Zënobia fœ-  
nis, vxor  
Odenati.Palmyra.  
euerfit.

trati parceret vlli neque sexui, Aegyptū deinde, quæ tum defecerat, recepit, & Gallias de novo Romanæ ditionis fecit: post Romæ triumphauit: inde per Illyricū profectus, Persis bellum indixit, sed in itinere à suis familiaribus est interfectus. Ab eius interitu fuit interregnum aliquandiu, quod post Romuli mortem acciderat nunquā Tandem successit Tacitus, qui paucorū mensium Imperator, nihil memorabile perfecit: hunc tenatus orauerat, ne moriens liberos suos, verū aliquem spectatæ virtutis ac probitatis virum, imperii successorem faceret.

**Tacitus.**

**Probus.**

Is fuit Probus, qui tā ab exercitu, quā à senatu cōfirmatus, Galliam recepit, & Frāncōnes Germanos, qui illā obtinebant, multis præliis deuicit. In illyrico Sarmatas aliāsq̄ gentes concidit, & itinere factō per Thraciam, Barbaros populos, Romani nominis terrore, & rerū gestarū magnitudine, sibi deuinctos reddidit: Asiam pacauit, & Parthorū regem ad petendā pacem sola nominis sui fama excitauit. Pacem cum Persis fecit, ac inde in Thraciam reuertit, & externos populos deuictos in Romanū solum transtulit, ex quibus aliqui fidem seruauerunt, alii contrā, quos tamen omneis magna ex parte post oppressit. Et quū rebelliones per Galliā, Hispaniā atque Britanniam fedasset, iter ingressus per Illyricum, vt Persis bellum inferret, à suis insidiosè fuit interfectus. Florebat tum respublica, longē lateque pacatis vndique populis, ita quidē, vt Probus aliquando diceret, breui futurum vt legionibus atque præidiis nihil esset opus: hoc illius dicto, milites offensi, iudicabant e medio tollendum esse.

**Probi necis causa.**

**Carus.**

Post eum subiit Carus, qui Sarmatas, morte Probi factos insolentiores, & Italiæ minitantes, fregit, inque Persas proficiscens, Mesopotamiam cepit, longiusque profecturus in erit.

**Diocletian⁹.**

Ex filiis natu minorem Numerianum, militiæ secum habuit: alterum, Carinū, Gallis præfecerat. Numerianus, à socero suo fuit occisus, in eiusque locum venit Diocletianus: cum eo præliis aliquot confligit Carinus, adipiscēdi causa Imperii, sed victus occubuit. Diocletianus, propter nascentes non vno in loco turbas ac seditiones, collegam sibi sumpsit Maximianum. Is Galliam commotam pacauit, & Africā: Diocletianus autem Aegyptum, interfectis turbarum authoribus. Britaniā quoque decimo post anno, quā defecerat, recepit: & vt firmiter esset reipublicæ status, neve propter successionē, noui motus excitarentur, Galerium adoptauit, Maximianus autem Constantium Chlorum. Contra Narsē Persarū regem missus à Diocletiano Galerius, infeliciter pugnauit, annis maiore partē exercitus, sed rursus redintegrare bellum, ingenti prælio superauit hostem, & longius quā quinis alius Imperator, excepto Traiano, iis locis progressus, capta Ctesiphonte, totam Assyriam domuit.

**Maximian⁹.**

**Galerius & Constantius.**

Post eum subiit Carus, qui Sarmatas, morte Probi factos insolentiores, & Italiæ minitantes, fregit, inque Persas proficiscens, Mesopotamiam cepit, longiusque profecturus in erit. Ex filiis natu minorem Numerianum, militiæ secum habuit: alterum, Carinū, Gallis præfecerat. Numerianus, à socero suo fuit occisus, in eiusque locum venit Diocletianus: cum eo præliis aliquot confligit Carinus, adipiscēdi causa Imperii, sed victus occubuit. Diocletianus, propter nascentes non vno in loco turbas ac seditiones, collegam sibi sumpsit Maximianum. Is Galliam commotam pacauit, & Africā: Diocletianus autem Aegyptum, interfectis turbarum authoribus. Britaniā quoque decimo post anno, quā defecerat, recepit: & vt firmiter esset reipublicæ status, neve propter successionē, noui motus excitarentur, Galerium adoptauit, Maximianus autem Constantium Chlorum. Contra Narsē Persarū regem missus à Diocletiano Galerius, infeliciter pugnauit, annis maiore partē exercitus, sed rursus redintegrare bellum, ingenti prælio superauit hostem, & longius quā quinis alius Imperator, excepto Traiano, iis locis progressus, capta Ctesiphonte, totam Assyriam domuit.



libros inserta conciliorum: sed ex iis pleraque tam sunt leu-  
eula, tam nugatoria, tam aliena prorsus à sacris Literis, vt cre-  
dibile sit ab aliis longo post tempore fuisse cõficta. Sin autè ve-  
ra sunt, & ab illis emanarunt, tunc sanè, quod vaticinando Pau-  
lus dicebat, filium illum perditum, hominemque peccati iam  
tum operari cõepisse mysterium iniquitatis, rectissimè videtur  
hanc etiam ad partem accommodari posse.

*Decretum  
Anaclesti.*

*Alexandri  
decretum.*

Anacleto, qui ponitur quartus à Petro, tribuitur, & extat  
decretum, quo statuit Ecclesia Romana esse mandato & institu-  
tione Christi, caput aliarum Ecclesiarum. Alteri post eum, Alexandro  
decretum ascribitur, quo mandat vtraque cum sale consecratur, ad  
expurgandum populum, & amoliendum insidias diaboli. Quæro, quã-  
tùm ista differunt ab Apostolorum illa maiestate, quantum autè à Ioã-  
nis Euangelistæ scriptis, qui propè ad hoc usque tempus, ætatem  
produxit? Hæc duo posui solùm, vt de reliquis iudicium fieri pos-  
sit. Nam ferè sunt eius generis, & ambitionem aperte præ se fe-  
runt: & vt sermo est illorum, ita quoque res ipsa nihil habet sa-  
lis, quem in Ecclesiæ ministris Paulus requirit. Huc etiã  
pertinet illud Constantini Cæsaris edictum, quod suis libris inseru-  
runt, ipsorum potentia videlicet fundamentum atque robur.  
Nam quæ ponitur ibi liberalitatis illius immensæ causa & oc-  
casio, falsi redargui potest ex historiis atque conuicti. Deinde,  
vt maxime fuerit Cæsar profusus, vni sibi fortasse potuit hoc  
ipso ius suum imminuere: successoribus autem æquali pote-  
state præditis, & reipublicæ tutoribus, non potuit. Nam  
qui ius & Imperii vestigalia deteriora facit, patriæ pater ap-  
pellari non debet, & par pari præscribere non potest aut præ-  
iudicare.

*Niceæ Conci-  
lium contra  
Arium.*

Constantini Cæsaris mandatu, Niceæ, vrbe Bithyniæ, fuit  
indictum & habitum concilium longè frequentissimum, in eoque  
dogma damnatum Arii, qui Christum negabat eiusdem esse  
cum Patre substantiæ. Non ex Europa tantum & Asia, sed ex  
Ægypto etiam atque Libya conuenisse eò scribuntur Episco-  
pi. Decretum inter alia fuit, vt per Ægyptum, Libyam, Penta-  
polim vetus cõsuetudo seruetur, nimirum vt hi omnes Alexan-  
drino subsint Episcopo, quum Romanus etiam episcopus hunc  
morem vsurpet & retineat: item, vt Antiochiæ cæterisque pro-  
uinciis & Ecclesiis integra maneat sua cuique priuilegia. Post  
hanc synodum. Eustathio quodam auctore, nati fuerunt opinio-  
nes prauæ, de vitando matrimonio, de nouo & mutato gene-  
re vestitus, de non edendis carnibus, de relinquendis possessio-  
nibus. Quum ergo plerique coniuges diuortium facerent, & ser-  
ui, relictis dominis ad nouum illum ac religiosum vestitum,  
& tunc vocabant, confugerent, idem quoque facerent mulieres, de  
seruis matris: quum ii, qui carnibus vescerentur, item, Ecclesiæ

*Eusebii.  
instituti mo-  
nastici au-  
ctore.*

ministri,

ministri, qui duxerant uxores, vulgò despicerentur, tanquam impuri & ingrati Deo. Gangræ, oppido Paphlagoniæ fuit habitata synodus, in eaque dānari qui sic docerent atque sentiret.

Salutaris amplissimè à senatu populòque Romano Constantinus, propter restitutam reipublicæ pacem, ad externa bella totum sese conuertit, multisque præliis Gothos atque Sarmatas vicit, Thraciam diripiētes: deinde iam ætate grauis, bellum indixit Persis, Mesopotamiam vastantibus: & in Asiam ubi venisset cum exercitu, sumpto pharmaco, valetudinis curandæ causa, vitam finit, non absque veneni suspitione. Hic ille est, qui cognomento dicitur Magnus, & qui Byzantiū urbem Thraciæ, suo de nomine vocauit, eo translata sede regia. Cæpit autem regnare ad annum à natali die Christi, circiter trecentessimum duodecimum. Cometes inuitatæ magnitudinis mortem eius antecessisse dicitur.

Constantino  
magni obiit.


Tres reliquit filios, Constantium, Constantinum, Constantinum. Hos inter diuisum fuit imperii corpus: Constantino pars obtigit Alpium, Gallia, Hispania, Britannia, Orcades, Hibernia, Thyle. Constanti, Italia, Africa cum Insulis, Illyricum, Macedonia, Achaia, Peloponnesus, Græcia. Constantio, Asia & Thracia. Constantinus ea diuisione non contentus, bellum inuulit fratri Constanti: iamque peruenerat Aquileiam: ibi congressus cum copiis Constantis, amisso exercitu confoditur. Constantinus, qui interea cum Getis & Sarmatis in Dacia belligerabat, post eam victoriam, de qua diximus, in Italiam venit, & superatis Alpibus, in Galliam penetravit, & biennio ditionem omnem mortui fratris obtinuit: sed paulò post insidiis & fraude Magnentii fuit interfectus. Hunc Magnentium milites antea delintri, ac præmiis allecti salutarunt Imperatorem. Ea recognita, Constantinus, ex tribus fratribus adhuc superstes, relicto per Asiam legato, patruelis & sororio suo Gallo, magnis cum copiis in Italiam, ac inde in Galliam accedit, & hostem ingenti prælio vincit. Elapsus autem Magnentius, de pace legatos mittit: sed relictus à victore, denuò præliatur, & infeliciter quidem: itaque Lugdunum fugiens, quum suos etiam comites insidiari sibi videret, nec quò se reciperet, haberet, mortem sibi cōscinit ipse. Constantinus deinde, Gallum, patruelem, legatum suum, per Asiam, vt dictum est, abuentem imperio ac potestate, quum alia ratione sanare non posset, interficere mandat: post in Asiam redit, perfecturus bellū Persicum, quod propter factionem Magnentii, vt supra diximus, intermiserat. Et quoniam sub hoc ipsum tempus, Germani, facta impressione Galliam vastabant, alterum suum patruelem, Iulianum, Galli fratrem adoptauit, & Galliæ tutelam illi commisit. Iulianus, feliciter administrata re, multisque præliis victor, hoste trans

Constantinus  
Constantinus  
& Constant  
fratres.

Magnentius.

Constantinus  
ex fratribus  
superstes.

Gallus la-  
gatus.





Rhenum expulit, complures cepit, ac Romanos milites captivos liberauit, & ad Argenteratum hostilem exercitum ferè totum concidit, ideòque saluatus est ab exercitu non modò Cæsaris, verum etiam Augustus, & diademate ornatus, licet inuitus, uti præ se ferebat. Nam literis ad Constantium datis, inuidiam facti conabatur à se deriuare: sed Constantius ea re plurimum offensus, omisso Persico bello, vicinisque populis liberaliter & amicè compellatis, ut in fide persisterent, iter ingressus est ut Iulianum ad officium reduceret: sed in itinere, quò adhuc esset in Asia, febris correptus, vitam finiit, Iuliano prius constituto successore.

*Julianus Augustus saluator.*

*Julianus.*

Regnante Iuliano, populi Romani hostes intra suos fines se continebant, nec vllus erat vsquam morus. Ipse contra Persas profectus, & Assyriam populatus, exercitu hostili profligato, Ctesiphontem vsque peruenit: tandem rediturus copias, à tergo inuaditur ab hoste: quòumque medius versaretur inter suos milites, accepto vulnere, paulò post excessit è vita, Christiani nominis hostis.

*Iouinianus.*

Milites, amisso duce, quum in magnis versaretur angustiis, Cæsare faciunt Iouinianum. Erat tum Episcopus Romanus, Iulius, eius nominis primus. Epistolæ quædam eius extat ad Episcopos Orientales, in quibus non semel inculcat, sibi soli, qui sit primæ sedis, ut ait, præsul. singulari quodam priuilegio, & ex præscripto diuino, ius cõpetere conuocandi synodos generales. Mirum autè videri possit, qua fronte istud scribat, aut alii iactet, quò & ante ipsum, Constantinus, Nicenum, & post ipsum, annis omnino centum, Martianus Imperator, Chalcedonenis coegerit conciliu. Ad se quoque solu, eius vrbs antistitem, pertinere dicit ut de causis Episcoporum, & id genus aliis grauioribus negotiis cognoscat. Hanc eius arrogantiam Episcopi illi ferre non poterant, & Antiochiæ cõgregati masculè respondunt. Sententiam ab se latam, retractari ab ipso non oportere, quòd eundè dignitatis gradum obtineant, què ipse: nam inde à suis finibus, Christi doctrinam, Apostoloru opera & ministerio, Romam peruenisse tandem: quòd si pergat, & noua decreta faciat, non se parituros, & nihil sibi fore cõmune cù ipso, consiliuque capturos esse, quem admodu res ipsa postulabit. In alia quoque synodo eius vrbs, multo frequentiori quæ prius habita fuit, inter alia statuunt, quod sit Episcopi, quod officiu Metropolitanu, si quando grauiores causæ disceptentur. Nam si dissentiant Episcopi, iubent ut Metropolitanus è finitima prouincia quosdam adubeat iudices, litemque definiat: sin autem Episcopus al. qui de communi sententia reliquoru Episcoporu sit condemnatus ob crimen, firmu esse mandant iudicium, neque retractandum ab alio. Decernunt etiam, ut bona sacra dispenset fideliter, & largiatur Epi-

per Episcopus in usus pauperum, & ipse quoque, si sit opus, desumiat ex illis quod erit necessarium ad tolerandam vitam, quum Paulus dicat victu & amictu nos oportere esse contentos: quoddam forsitan in sua suorumque priuata commoda, facultates illas auertat episcopus, & suis propinquis eorum administrationem committat, synodo coercendum esse dicunt. Iouinius, imminente hoste, pacem demum fecit ignominiosam reipublice. Nam provincias illas quinque trans Tigrim, occupatas à Galerio, sicut

Iouinius.

Galerius.

Illico Cæsarem fecit exercitus Valentinianum, qui deinde postquam Constantinopolim venit, imperii collegam sibi sumpsit, fratrem suum, Valentem, eique regiones illas commendauit, & profectus in Germaniam, Saxones Oceano vicinos domuit. In Galliam deinde postquam venit, irā concitatus periisse fertur. Erat per id tempus in Asia frater ipsius Valēs, aliter Cæsar, ut Parthos Armeniam vastantes & Persarum regem, rupto fœdere belligerantē coerceret: sed quū Huni siue Tartari & Scythæ Pannoniam, Epirum & Thessaliam vastarent, in Europā rediit, & commisso prælio victus, ac in fuga vulneratus, inque tugurium quoddam delatus, immisso ab hostibus igne, conflagrauit. Valentiniani Cæsaris atque Valentis edictum extat, quo mandatur ut qui monasticam vitam sectantur atque solitudinem, eaque ratione militiam & onera publica defugiunt, extrahantur è suis latibulis, & aut patrie seruiant, aut omnibus aliis commoditatibus careant, quæ post conferantur in eos qui laborem & periculum pro republica sustinent. Hostes deinde circumfessa Constantinopoli, quum donis atque pecuniis essent ab Imperatore placati, discesserunt.

Valentinianus.

Valens.

Valentinianus Cæsar, pacata Saxonia, filium suum Gratianum cooptarat collegam. Quum ergo tam pater quàm patruus Valens, mortē obiissent, Gratianus utriusque succedit. Quumque variis turbarum fluctibus agitaretur respublica, Theodosium belli ducem insignem allegit, & ad solem orientem misit. Is ad Constantinopolim Hunos fudit atque Gothos, & Thraciæ finibus eiecit. Gratianus deinde à quodam suo belli duce, Maximo, affectante imperium, per insidias fuit in Galliis interfectus. Præceptorem habuit in literis Ausonium Burdegalensem, cuius extant poemata quædam, eumque tandem ad consularem dignitatem Romæ perduxit.

Gratianus.

Theodosius.

Maximus.

Ausonius.

Eodem propè fato, filius eius Valentinianus occubuit: cuius fraude sui familiaris Arbogasti: sed non tulerunt impune percussores: nam cæsi postea fuerunt uterque à Theodosio Cæ-

Arbogasti.

frans.

Theodosius.

fare, & Maximus quidem captus, Aquileiæ fuit interfectus, alter verò mortem sibi conscivit ipse. Deletis ergo tyrannis, Theodosius rerum potitus, Imperii socios constituit filios, Honorium & Arcadium: & quoniam ætate minores erant, ducit ac veluti moderatores illis attribuit, Arcadio Rufinum, Honorio Stiliconem: neque multò post, vitam finit. Ipso iubente, Constantinopoli fuit habita synodus, damnatumque in ea Macedonii dogma, divinitatem Spiritui sancto derogantis. Qui fuerunt ibi patres, ad ceterum quinquaginta, sicut traditur, instituerunt episcopos, tum ibi, tum Antiochiæ, quam vocant seniore, & verè catholicam Ecclesiam, tum Hierosolymæ, quam Ecclesiarum omnium matrem esse dicunt: & hæc quidem acta sua perscribunt ad Damasum episcopum Romanum, qui conatus fuerat eos euocare Romam. Damaso fuit familiaris Hieronymus, quum esset iuuenis. Eius est dictum illud memorabile, Vbiunque episcopus fuerit, siue Romæ, siue Eugubii, siue Constantinopoli, siue Rhegii, siue Alexandriæ, eiusdem meriti est atque sacerdotii. Theodosius magna fuisse pietate fertur, & ab episcopo Mediolanensi Ambrosio reprehensus, adituque templi prohibitus, patienter tulit. Arcadius ad Orientem solè Constantinopoli præerat: Honorius autem Romæ: sed Rufinus, ut Imperium ad se transferret, Gothorum regem clam hortabatur ut Arcadio bellum faceret: intellecta perfidia, Rufinus à militibus trucidatur. Arcadium Cæsarem Innocentius eius nominis primus, episcopus Romanus excommunicavit, quòd consenserat ut Ioannes Chryostomus ab Ecclesia sua pelleretur, sicut in iure Pontificio refertur.

*Honorius & Arcadius imperii socii Synodus facta. Patres Antiochiam seniore & catholicam ecclesiam, Hierosolymæ ecclesiarum matrem esse dicunt. Theodosii parentia.*

*Arcadius Cæsar excommunicatus.*

*Augustinus.*

Floruit tunc etiam Augustinus, Hipponensis episcopus, qui concilio Carthaginensi tertio interfuit, & quarto: vbi decretum inter alia fuit, ut episcopus non longè ab Ecclesia suum hospitium, item, ut vilem suppellectilem & mensam & victum pauperem habeat, & fide vitæque integritate sibi paret auctoritatem: ut rebus Ecclesiæ, tanquàm commédatis, non tanquam propriis utatur. Augustino quoque scripsit Innocentius primus, & Aurelio Carthaginensi episcopo, & cohortatus ad mutuas præcationes, germanos vocat & confacerdotes.

*Zozimus.*

Ab Innocentio fuit Zozimus, qui patrum & antiquitatis decreta laudans, ne Romane quidem sedi, sicut vocant, licere dicit ut in iis aliquid mutet aut contra statuatur: morem quoque sui temporis inflectatur & corrigit, quòd plerique nullis imbuti literis ad sacerdotalem ordinem aspirabant. Zozinum excepit Bonifacius primus. Erat tunc Carthagine concilium sextum, valde frequens, cui & Augustinus interfuit. Eò missis legatis, Bonifacius ostendit, synodum Nicenam sedi Romane sibi illè ius illud, ut ad ipsam ex omnibus provinciis vadique

*Bonifacius. Concilium sextum Carthaginense.*

promouca-

prouocaretur: petit igitur à patribus, vt hoc ipsi quoque sanciant & confirmet. Illi respondent, nihil eiusmodi fuisse Niceæ decretum, quod quidem ipsi sciunt: veruntamen, vt certò res inuestigari posset atque sciri, placuit ab Alexandrina & Constantinopolitana ecclesiâ petendum esse verum eius synodi exemplar. Eo tandem allato, deprehensum est planè contrarium fuisse statutum, hoc videlicet, vt de suis causis quæque prouincia cognosceret, & vt ab episcopis ad synodum prouinciae, vel etiam ad œcumenicam, vt vocant, concilium prouocaretur. Erat tum Alexandrinus episcopus, Cyrillus. Antequam exemplar veniret, mortuus erat Bonifacius: quinque successor eius Celestinus idem vrgeret, responsum tulit iuxta formulam decreti.

Mortuo Arcadio successit filius Theodosius I I, quo regnante, & inbente, Ephesina fuit habita synodus, in eaque damnatus Nestorius, qui Christum, natum esse Deum esse Maria virgine, negabat. Augustinus tunc è vita decessit. Ab altera parte Stilico, tutor Honorii, perfidiosè rem etiam egit, vri Rufius. Et quum in Gallia domicilium sedemque Gothis tribuisset: commouit illos, vt in Italiam ingressi, duce Alarico Romam caperent, quod fuit anno conditæ vrbs, M. C. L X I I T. post Christum verò natum, C C C C. X I I. Romæ paucis diebus Gothi commorati, quum Rhægium venissent populabûdi, ac in Sicilia traicerent, naufragium fecerunt, extincto etiam rege. Quum deinde multa Stilico nequiter faceret & insidiosè, quò summi ad filium Eucherium Imperii iummâ transferret, intellecta fraude captus, & Honorii iuliu fuit interfectus. Alarico rege mortuo, Gothi regem sibi sumpserunt Adolpham, eius propinquum, eoque duce Romam redeunt, & quod reliquam erat, absumunt. Eo interfecto, regnauit Gensericus, & hoc sublato Wallis, cum quo Constantinus Honorii per Gallias legatus, & sororius, ac deinde Imperii socius, amicitiam & foedus inuit, concessa illi Aquitania, Galliae, parte quam inhabitaret. Vexabant tum Britanniam Scoti & Picti, verum auxiliis ab Honorio Cæsare missis profligati fuerunt. Per Hispaniam quoque Wandali & Alani, Genserico duce, grassabantur. Honorio tandem Romæ mortuo successit ad Occidentem solem atque Romæ, Valentianus sororis filius, quum interim Theodosius, Arcadii filius, vt supra diximus, alteram mundi plagam Constantinopolim gubernaret.

Ad hoc tempus, Wandali & Alani, dissidiis & factionibus Romanorum ducum, qui per Africam erant inuitati, penetrarunt ex Hispaniis in Africam, ferròque regionem atque flamma vastabant. Ab ea clade pars quædam Africæ fuit illis ad habitandum attributa. Gothi, qui Galliam Aquitaniam incolebant, Honorii Cæsaris voluntate atque permisso, vt paulò

*Episcopi Romani auitua aperta.*

*Cyrillus. Celestinus.*

*Theodosius.*

*Nestorius. Scilico.*

*Alaricus. Gothicus.*

*Eucherius. Adolphus rex Gothicus Romæ absumit. Genserius. Wallis.*

*Valentianus.*

*Wandali.*

antè diximus : non contenti suis finibus , vim & iniuriam inferabant vicinis , & Narbonam obsidione fatigabant : sed nullus eò cum copiis Litorius , oppidum obsidione liberauit , annonam intulit , & commisso praelio feliciter primò pugnabat : post autem toto ferè exercitu deletò , captus est : tantàque fuit ea clades , vt populus Romanus pacem orare cogeretur . Vandalarum etiam rex Genfericus , pace violata , quam cum Romanis in Africa fecerat , vt antea diximus , Carthaginem ex improviso capit , ac multa crudeliter ibi facit : quæ quidem ciuitas per annos quingentos octoginta quinque populi Romani tum fuerat . Occupata Carthagine , in Siciliam traiecit , magnisque claudibus eam afficit . Tum demum infructu classe Theodosius imperator bellum in Wandalos mouebat : sed quum eodem tempore Huni Thraciam & Illyricum vastarent , exercitus è Sicilia fuit ad ea loca propugnanda reuocatus . Faciebant tunc denno impressionem in Britanniam Picti atque Scoti : quumque de Romanorum auxilio Britanni desperarent , ab Anglis , populo Saxonum , opem petunt : sed hi pulchritudine regionis affecti , quò paulatim maioribus copiis eò adnauigassent , maximam iniuriam partem suæ ditionis fecerunt , Britannis oppressis . Non multò post , Constantinopoli mortuus est Theodosius I I . eo regnante , solis deliquium fuisse traditur , & apparuisse cometa , inde ab Idibus ferè Iuliis ad mensẽ vsque Septembrem .

Theodosio ad Orientem solem successit Martianus . De Genferico Wandalorum rege suprà diximus : cum eò pacem fecit Valentinianus , diuisa inter ipsos Africa . Circiter hoc tempus Athila rex Hunorum , qui Dacia & Pannonia occupata vicinas regiones , Macedoniam , Myriam , Thraciam crudelissimè vastabat , ad occupandam imperii Romani partem , quæ est ad occidentem solem , animù adiecit . Et quoniam eius belli summam fore difficultatẽ videbat , si quidem Gothi , qui tum pacem cum Romanis colebant & Gallia partem inhabitabant , vt suprà dictum est , auxilia Romani ferrent : idcirco missis legatis , amicitiam eorum atque fœdus exoptabat : verum Actius Valentiniani Cæsaris legatus , huic rei præuertit : & cum Theodorico Gothorum rege firmato fœdere , forum se comparabat ad bellum . Athila nihil secius progreditur : fit praelium longè maximum , in campis Catalaunicis : quæ quidem Gallia pars , propter ingentem planitiẽ , hodie vocatur Campania . Cecidisse in eo praelio feruntur lxxx hominum millia : in his etiam Gocherum rex Theodoricus occubuit . Vicinus autem Athila , seipsum interficere cogitabat , ne vitius in potestatem hostis veniret : sed quum Theodorici regis filius , Actii ducis consilium secutus , cum suis copiis domum rediret , vt mortuo parenti succederet , Athila colligendi sui spatium adeptus ,

*Litorius.**Theodosius.**Martianus.**Valentinianus.**Athila rex.**Actius legatus.**Actius.**Consilium Actii.**Athila princeps.**Actius.*

In Pannoniam redit, & nouis collectis copiis, iræ plenus, Italiam ingreditur: Aquileiam urbem obsidione diuturna fatigatam demum expugnat, diripit, incendit: inde Concordiam, Patavium, Vinceniam, Veronam, Brixiam, Bergomum, Mediolanum, & Papiam capit: postea grassatus per Flaminiam, castra tandem facit ad Mincii confluentem atque Padis. Quo quidem in loco quum deliberaret an Romam irurus esset cum exercitu, Leo venit ad ipsum, urbis Romæ episcopus eius nominis primus, idque perfecit, ut mutata voluntate, non solum non Romam peteret, verum etiam Italia omni relicta, rediret in Pannoniam, ubi non multo post vitam finiit. Hic est Leo ille, cuius extant epistolæ complures ad Theodosium secundum & Martianum, Imp. in quibus partim excusat, quamobrem ad concilia venire non possit, ab illis indicta, & deprecatur, ne molestè ferant, quòd legatos eò mittat: partim etiam orat ut in Italia potius quam in Asia concilii locum designent: sed nihil impetrauit.

*Leo urbis  
Romæ episcopus.*

*Athila Italia reliquit.*

Dum per Italiam ita sciret Athila, Venetorum urbs condita fuit, quando ex vicinis locis plerique potentiores in illa maris æstuarium & insulas tumulosque, velut in portum aliquem sese receperunt. Humile fuit igitur ac propè desperatum & calamitosum huius urbis initium, & nunc in tantam, uti videmus, amplitudinem excreuit. Ostoginta quinque numerantur illorum ducem, ad hoc vsque tempus ex iis primus fuit Paulus Anazarus, anno salutis septingentesimo sexto, quum ante ducentos quinquaginta duos annos urbs ædificari cœpta fuisset.

*Venerunt  
initium.*

*Ducum Venetorum numerus.*

Interfecto postea Valentiniano, Wandalorum rex Gensericus, classe deuictus in Italiam ex Africa, cum exercitu longè maximo, & adiutus à Mauris, Romam contendit, & urbem propè desertam ab omnibus, capit: sed exoratus à Leone episcopo, qui & Athilam placauerat, uti diximus, ab incendiis abstinuit atque cæde. Directa vrbe, captiui maximo numero Carthaginem deportati sunt. Hostes deinde Campaniam magnis calamitatibus afficiunt, Capuam, Nolam, Neapolim aliisque ciuitates euertunt: superstites à cæde, coniciunt in catenas, & opibus Italiæ facti diuites, in Africam reuertuntur. Martianus, ad Orientem solem Imperator, pacem coluit, natura quicquid ac dicere solebat, quoad pacatè viuere liceret, non esse principi decorum ut arma sumat.

*Wandalis Romam capias.*

*Martiani a  
paphis egens.*

Ipso regnante, & iubente, Chalcedone fuit coactum concilium amplissimum, & datus Eutyches, duas naturas in Christo confundens. Ibi decretum inter alia fuit, ne quis clericus, uti vocat, in duarum ciuitatum Ecclesiis recipiatur. Non erat nota tunc temporis illa, quæ dicitur, pluralitas beneficiorum, quæ nunc sic inoleuit, ut nihil sit ea frequentius. Et nostra

*Ca. concilii  
se. concil. non.*

*Beneficiorum  
pluralitas.*

quidem ferè memoria, cõsuerudo illa, inter alias Ecclesiæ ma-  
culas obrepfit, vt vni duos attribueret Pontifex episcopatus.  
Quod si iam cum, qui superiori proxima ætate fuit, hac in par-  
te, morem restitueret, officium suum faceret: sed quoniam id  
ferre non potest, an putamus vnquã esse permiffurum vt iuxta  
sacras Literas & Apostolorum atque primi temporis decreta,  
res emendantur? Nimirum frustra laborant, qui facta Papparum  
ad antiquæ religionis rationem exquirunt.

*1.º impera-  
tor.  
Imperatores*

Imperii anno septimo, Martianus mortuus est, eique Leo  
successit. Romæ autem & ad solem Occidentem vbi Romæ ca-  
pta, Genfericus in Africam reuertisset, Valentiniano succes-  
sit Auitus, deinde Maiorianus, postea Seuerus, ab hoc Anthe-  
mius, post alii parum celebres, qui mutuis Ianienis & inuidiis  
interierunt, neque diu regnarunt, adeo quidem vt iam altera  
pars imperii Romani, verius Occidentem solem valde esset af-  
ficta. De Leone Cæsare nihil memorabile proditum est, nisi  
quod cum Gothis Illyricum vastantibus, amicitiam atque fœ-  
dus inuit. Extant ad ipsum quoque Leonis episcopi Romani v-  
na & altera epistola. Successorem habuit Zenonem Isauricum.  
Inter eos, qui Romæ præfuerunt à morte Valentiniani, fuit  
etiam Augustulus quidam. Ad hoc tempus, Odoacer, cum in-  
genti manu Herulorum, & Scyrorum, ex Pannonia in Italiam  
inuadit: Orestem patricium Romanum, qui Papiam cum suis  
copiis sese receperat, capit & occidit, oppidum diripit, & incendit:  
progressus, omnem regionem vsque Romam occupat: Au-  
gustulus animo fractus, Imperium sponte deponit. Odoacer vr-  
bem ingreditur, & Italix regnum adeptus, per annos XIIII,  
nullo resistente præfuit.

*Zeno Isauri-  
cus impera-  
tor.  
Augustulº.*

*Theodoricus  
Ostrogothorũ  
rex.*

Tunc demum Theodoricus Ostrogothorum rex, missus  
à Zenone Imperatore, & Constantinopoli profectus, Gepidas &  
Bulgaros resistentes vincit: deinde per Mysiam & Pannoniam  
iter faciens, in Italiam accedit. & non procul ab Aquilicia ca-  
stra ponit: quò postquam & Odoacer venisset, summis copiis  
dimicatur. Victus Odoacer in fugam conicitur: sed recollectis  
copiis denuò præliatur nõ procul à Verona, iterumque victus,  
& quamplurimis desideratis, qui partim in conflictu, partim in  
Athesi flumine perierant, Romani fugiens contendit. Illinc ex-  
clusus, vastato circum agro, Rauennam venitibi per triennium  
ferè circũsessus, ac deditiõne tandem captus, interficitur. Theo-  
doricus, Odoacro sublato, factus Italix dominus, Romam ve-  
nit, ibique concilium habuit vnum & alterum episcoporum,  
quos ex diuersis Italix provinciis eò conuocauerat, vt de Sym-  
machi causa cognoscerent, episcopi Romani, quem plerique  
repudiabant, vt indignum, & vitio creatum. Theodoricus hic  
fuit Arrianus, vt quidam Pontificiorum libri dicunt. Est autem ille

ille, qui cognomine dicitur Veronenſis, Theodorici illius, qui in prælio contra Hunorum regem Athilam occubuit, ut ſuprà dictum eſt, propinquus. Odoacer erat Rugus, qui eſt ad mare Balthicum, Germaniæ populus. Theodoricus, muniendi ſui cauſa, Wandatorum, Viſigothorum, & Burgundionum reges per aſſentitatem ſibi conciliauit. Dum hæc in Italia geruntur, magni fuerunt motus per Thraciam, Aſiaticam, Britanniam, in qua ſuperiores tandem extiterunt Saxones.

Zenoni mortuo Conſtantinopoli, ſuccedit Anaſtaſius. Is nonnullos ſouebat, qui dogma probabant Eurychianum: idèoque diſſidium ei fuit cum epiſcopo Romano Gelafio, qui literis prolixis eum dehortatur, ut quidem ipſorum habent libri, ne tutelam eorum ſuſcipiat: duo enim eſſe præcipuè, quibus hic mundus gubernetur, ſacram Pontificum authoritatem, & poteſtatem regalem: & ſacerdotibus quidem eò plus oneris incumbere, quòd aliorum etiam nomine, Deo ſint aliquando reddituri rationem: ipſum quidem ciuili præeſſe politiæ, ſed tamen ſubiici ſacrorum miniſtris, & ab eorum pendere iudicio: quàmque ſacerdotes legibus politicis obtemperent, æquum eſſe ut ipſe viciffim non recuſet ea quæ rerum Diuinarum antiſtitibus decernunt: & quum hic honos omnibus Eccleſiæ miniſtris debeat impendi, rem ipſam poſtulare ut ei cum primis deferatur, quem & ſua voce Deus, & Eccleſiæ deinde conſenſus toti ſacerdotum ordini voluit præeſſe: deſiſtat igitur, & in hæc vita deprecatoem ſe potius audiat, quàm in altera ſentiat accuſatoem. Subiungitur poſtea decretum eius de ſacris Bibliis, in eòque ſedi Romanæ, quam vocat, tribuit principatum, poſt Alexandriæ, tertium locum dat Antiochiæ. Regnante Anaſtaſio, turbæ fuerunt & bellici motus per Ciliciam: ſed ſediti, oppreſſo authore. Hunni tum etiam vaſtabant Armeniam & Cappadociam, Getæ verò Macedoniã, Theſſaliam, Epirum: utroſque Cæſar coactus eſt præmiis & maximis iacturis placare.

Hoc ſerè tempore, quòd erat anno ſalutis quingentiſimo, rex Francorum Clodoueus, Chriſti religionem primò ſunt amplexus, quum ſæpe multumque fuiſſet ab vxore, quæ familiæ Burgundicæ erat, ſolicitatus ut id faceret, reſiſtis idolis atque ſuperſtitione. Concilium extat Areliaenſe triginta trium epiſcoporum Gallorum, habitum ipſo regnante: quo, ſtatuitur inter alia, ſi raptor virginis contuſerit ad templum etiamſi vim puellæ fecerit, ne mortis adeat diſcrimen, ſed vel ſeruili ſit conditione, vel ab ea ſerè redimat: Anaſtaſium, fulmine extinctum, vel, ut ius Pontificum ait, emiſſis inteſtinis exanimatum, Iuſtinus excepit obſcuro genere natus, & e ſubulco factus

Anaſtaſius.

Gelafius.

Clodoueus  
Chriſtianus.

Concilium in  
Areliaenſi  
140



*Iustinus ob-* miles, ut scribitur. Dissidium huic erat cum Theodorico Go-  
*scuro genere* thorun rege, Italix domino, propter diuersam religionem: sed  
*natus Impe-* ab armis tamen temperatum fuit. Mortuo deinde Theodori-  
*rator.* co successit Alaricus, & filio nepos, magna Gothorum alacrita-  
*Alaricus.* re atque studio. Erat tum episcopus Romæ, Ioannes eius no-  
 minis primus. Hic à Theodorico rege, quem diximus, Con-

stantinopolim fuit missus legatus cum aliis, & exceptus hono-  
 rificentissime, sicut ipsorum habent libri, non à populo tan-  
 tum, sed ab ipso quoque Cæsare. Nam summa lætitia fuisse  
 dicunt affectos, quod beati Petri vicarium, ut loquuntur, nunc  
 demum Græciæ contingeret videre, & suscipere quod inde à  
 Constantini magni tempore, & à Syluestro datum ipsis non  
 fuisset. Illud autem de Syluestro mirum est cur dicant, quum  
 Græciam non adierit, ut constat: nam tunc, quum in primis  
 oportuit & opus erat, nimirum in synodo Nicena, non se com-  
 monuit, sed legatos ad misit, Victorem atque Vincentium: & al-  
 teram ipse post habuit Romæ, sicuti tradunt, qua concilii Ni-  
 ceni decreta confirmat. Extat etiam Ioannis primi, ad episco-  
 pos Italix consolatoria quædam epistola, qua monet eos, quan-  
 quam rex Theodoricus, hæresi pollutus Arriana, vastitatem  
 ipsis & toti minitetur Italix, ne tamen ab instituto desistant,  
 sed fortiter agant.

*Ioannis pri-*  
*mi epistola.*

*Iustinianus,*  
*Belisarius.*

Post Iustinum, factus est Imperator Iustinianus, sororis Iu-  
 stini filius. Is ad restaurandam rempublicam animum adiecit,  
 & initio quidem toti administrationi Belisarium præfecit. Is  
 Persas egressos extra fines, ac Romanorum ditioni vim affe-  
 rentes, magnis præliis vicit. Illyricum, à Gepidis & Bulgaris  
 vastatum, liberat: Parthos belligerantes ad amicitiam adducit:  
 Wandalarum maximas copias in Aphrica fudit: regem capit:  
 Carthaginem recuperat: inde transgressus in Siciliam, acce-  
 pto nuntio de rebellionem per Aphricam, ad reuersus sceleriter  
 rem gerit. Tunc demum in Italiam profectus, Neapolim oc-  
 cupat, diripit, Gothosque fundit, quorum rex tum erat Theo-  
 datus. postea Romam venit, amanter ab omnibus exceptus &  
 honorifice: illinc digressus, oppida passim & munitiones oc-  
 cupat, & in hi. Perusiam: post obsidet Rauennam: ibi congre-  
 sus cum eo Vitigis Gothorum rex, amisso exercitu capitur,  
 Constantinopolim ductus à Belisario. Gothi, redintegratis vi-  
 ribus in regione Transpadana, regem sibi sumunt Hildebran-  
 dum: huic successit vnus & alter, ac deinde Totilas. Is, absente  
 Belisario, per totam Italiam grassatus, Romam obsessam capit,  
 diripit, incendit. Itaque reuocatus Belisarius, confecto bello  
 Parthorum, qui Syriam denuo vastabant, reuertitur in Italiam,  
 & urbem propè desertam recreat. Inde cum hoste congressus,  
 sceleriter præliatur, & annonæ causâ nauigâs in Siciliam, à Iu-

*Vitigis Go-*  
*thorum rex.*

*Hildebran-*  
*dus.*

*Totilas.*

stiniano

Riniano reuocatur: quæ quidem res occasionem Totilæ præbuit, ut restauratis viribus Romã rediret. Cæsar deinde Narsetem eunuclum Italico bello præficit, qui Gothos omni expulit Italia: quod eò facilius fuit, quã Totilam regem ex vulnere mortuum illi amisissent. Bellum istud Gothicum, in annos decem fuit productum. Iustinianus ergo recuperata Italia & Africa, quæ ex filia nepotem Iustinum imperlii socium assumpsisset, mortem obiit. Sunt qui fœcundis ingenii principẽ, & vxoris imperio Theodoræ subiectum fuisse tradunt. Erat apud eum in summa gratia Tribonianus iureconsultus, qui veterum scriptis ac disputationibus abolitis, legum centones ex illis collegit, & fragmenta nobis tantum reliquit, quæ nunc Pandectarum nomine censentur. Eius autem operis quosdam habuit adiutores, qui passim nominantur. Idẽ postea fecit in principum rescriptis atque legibus, quas tribus libris comprehensas, Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, contraxit in vnum volumẽ, & Iustinianum codicem vocat, vsus aliorum opera, quos in eius libri præfatione Cæsar enumerat. Sunt auctores, qui Tribonianum fuisse hominem avarum, & pretio fixisse leges (vt ille ait) ac refixisse tradunt. In eo quem diximus, codice, quamplurimæ sunt Iustiniani leges, quæ superioribus derogant: accessit etiam opus peculiare, Nouellarum constitutionum, quod per omnia Iustiniani nomen atque titulum habet. Eum, quem dixi, Belisarium, quo duce tot tamque gloriosas consecutus erat victorias, ignominiosissime tractauit Cæsar, & valde senem excæcauit etiam. Ipso regnante, Constantinopoli fuerunt aliquot habitæ synodi, quibus Menna præerat, eius vrbis patriarcha, qui sanctissimus & beatissimus vocatur & œcumenicus, vt ipsorum habent libri. In titulo Codicis epistola ponitur Cæsaris ad Ioannem archiepiscopum vrbis Romæ, qua caput ipsum vocat omnium Ecclesiarum, eique subiicit omnia. Porro, quanquam homines docti commentitiam esse iudicant, tamen, etiamsi vera esset, certum est, controuersiam illam durasse multis post annis, donec tandem episcopi Romani, facultatibus amplificati, peruincerent, & in Ecclesiæ possessione sibi constituerent arcem, quæ manibus hominum ex ædificata, seu fauore principum, nunc titulum habet, quasi diuinitus eò sit collocata.

*Narsetes eunuclus.*

*Iustinus imperii socius.*

*Tribonianus Pandectarum & Codicem collegit.*

*Nouella. Miserrima Belisarii victoriarum compensatio. Menna patriarcha.*

*Quomodo Ecclesia Romana ex ædificata est.*

*Fraus deprehensa Paparum.*

*Bonifacii regnantis.*

Diximus antea quemadmodum Augustini tempore sextu fuit habitum Carthagine concilium, in eoque fraus deprehensa Paparum, Bonifacii primi & Celestini, quando Nicæ concilium fuisse dicebant, vt ad ipsos ex omnibus vndique locis reuocaretur. Iustiniani verò tempore Romæ erat episcopus Bonifacius I. huius extat epistola qua grauer taxat Aureliu, qui superiori concilio, Carthaginis fuerat episcopus, eumque

eum suis collegis impugnasse Romanam Ecclesiam ait, infligere diabolo, simul Deo gratias agit, quod huius temporis episcopus Eulalius, Aurelij successor, cum Ecclesia Romana redierit in gratiam. Deinde scriptum Eulalii recitat, quo profitemur ille se damnare suos maiores & successores, quicumque sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ privilegia labefactare conantur. Alter à Bonifacio, Agapetus, Anthemium patriarcham Constantinopolitanum loco remouit, negantē duas naturas in Christo. Tullius hoc in primis ægrè Theodora Cæsaris vxor, & Sylnerium Agapeti successorem monuit per Belisarium ut illum restitueret: quum etiam aliæ quædam criminationes accederent, Belisarius eum loco deiecit, & in exilium mittit, subrogato Vigillo: sed quum & iste Constantinopolim euocatus, Anthemium nollet reuocare, consimili pœna fuit multatus. Unde satis apparet quomodo in Cæsarum tunc potestate fuerint vrbis Romæ episcopi.

Romani episcopi fuerunt in Cæsarum potestate.

Iustino II. Cæsare, renouatum est bellum Persicum, quod quum parū feliciter gereretur, Cæsaris legatus, Archelaus, pacem denuo fecit. Narses Cæsaris per Italiam legatus, expulsis Gothis, & mortuo Totila, per annos XVI, obtinuit Italiā: post reuocatus à Cæsare, quum parū lætas accepisset literas, & ingratiitudinem in iis deprehenderet, non solum non reuertit, verum etiam vlciscendi sui causa missis legatis, Langobardos, qui tunc in Pannonia confederant, maximis propositis emolumentis excitauit, ut Pannonia relicta in Italiam venirent, omnium regionum & pulcherrimam & fructuosissimam. Itaque partem illam Italix, quæ nomen ab ipsis ad hoc vsque tempus retinet, occuparunt. Iustinus hic per Italiam instituisse scribitur magistratum, Exarchum: is erat tanquam Cæsaris vicarius atque legatus: Rauennæ potissimum habitabat, neglecta Roma, singulisque ciuitatibus & oppidis vnum aliquem præficiebat. Itali scriptores nouum hoc institutum, Romæ ac Italix fuisse tradunt extraneum. Narses deinde Romæ mortuus est.

Langobardi partem Italia occupant.

Tiberius imperator.

Iustini successor fuit Tiberius iam antè cooptatus, & Imperii factus collega. Is contra Persas bis feliciter pugnavit: pacem cum Langobardis fecit, qui tum inde à Samnitibus ad alpes vsque regnabant, excepta tantum vrbe Roma: quam ubi grauius obediissent aliquandiu, vi tempestatis & imbrium coacti, tandem castra mouerunt.

Mauricius Cæsar.

Tiberii gener Mauricius, factus Cæsar, per legatos præliis aliquot fudit Persas, ac demum pacem cum iis fecit: reuocato exercitu Scythas expulit à Mysia: Langobardos per Italiam repressit: Hunos à Pannonia eiecit: propter auaritiam exorsus nulli, coactus est, orta seditione, profugere Chæsedonem ibi tandem cum

dem cū vxore & liberis, omnique stirpe fuit interfectus à Phoca centurione, qui per seditionem deinde saluatus est Imperator. Mauricio regnante, cometa, senis mensibus apparuisse, tūc etiam natus esse traditur Mahometus, de quo paulò post dicitur. Eo tempore Constantinopolitanus episcopus, Ioannes, vniuersalè se vocabat patriarcham: Pelagius verò secundus, episcopus Romanus, vehemèter obstitit, eiusque decreta pronuntiauit irrita. Qui successit huic, Gregorius primus, grauius hoc ipsum in illo reprehendit, & in concilio Chalcedonensi, titulum hunc atque honorem suis maioribus attributum quidè fuisse, verum ex ipsis neminè usurpasse dicit. Datis etiam literis ad Mauriciū Imp. hortatur vt illum coërceat: nam ad ipsius auctoritatem hoc quoque pertinere, quam ille, dum tale sibi potestatem sumit, multum imminuat. Alter autè post Gregorium, Bonifacius tertius, à Phoca scribitur obtinuisse primatum, diuulgatis in eā rem edictis atque diplomatis. Phoca reum potuit. Perse magnis incommodis rempublicam affecerunt, occupata Melopotamia & Assyria, & in minorem Asiam usque progressi, tanta erat principis ignauia: sed & Germania, Gallia, Hispania bonaque pars Italix defecerunt. Aegyptum vastabant Saraceni: sic ille, propter crudelitatem & neglectam rempublicam occisus, Heraclium habuit successorem. Tunc iterum Perse longissimè progressi ex Aegypto in Africam inuadunt, & suæ ditionis efficiunt. Europam variè lacerabant Scythæ: profectus eadem in Asiam Heraclius, quum pacem impetrare nō posset, parum etiam honestis nomini Romano propositis conditionibus, penè coactus decertauit cum Persis, qui iam Iudam vastabant, eosque vno & altero prælio fudit: inde Tigrim flumen transgressus, & Persiam longè lateque populatū, amicitia demum inita cum Persarū regis filio Sirocho, qui necato parète regnū inuaserat, Africā, Aegyptū, & quicquid omnino Persæ occupauerant, recepit, pactūque fuit, vt Persicam ditionem à Romana separaret Tigris. Ad hoc tempus, Saraceni, Heraclio militantes, quum stipendiis fraudaretur, maxima multitudine deficiūt, & Mahometo duce, per Syriam grassati, Damasum occupant, Aegyptū vastant, Arabiā subigunt, & in Persia quoque foeliciter præliantur.

Fuit Mahometus obscuro genere natus, verum astutus & audax, post etiā locupletatus matrimonio: quumque propter animi præptitudinè auctoritate valeret, nouū doctrinæ genus, zationi valde iucundū, sed magna sui parte ridiculū & ineptū, proposuit, quò sic animos hominum magis atque magis deuinciret, & regnū sibi firmius cōstitueret: & quaquam in initio facile potuisset hoc incendiu restingui, tamen quia neglectum fuit, breui tempore creuit in immensum: ab eoque tempore, magis atque

Phocas Cæsar.

Mahometus nascitur.

Ioannes patriarcha vniuersalis dicitur.

Pelagius Rom. episcopus.

Gregorius I.

Bonifacius III.

Heraclius.

Heraclius vniuersalis.

Sirochus.

Mahometi auctoritatis principium.

Mahometi doctrina.

*Concilium Toletanum.* magis populi Romani maiestas & imperiū, ad Orientē solem, interit, deficientibus aliis atque aliis populis. Heraclio regnante, quartum fuit cōcilium Toletanum: & quia per Hispaniam plerique sacerdotes, precationem, quam Christus ipse nos docuit, non quotidie, sed eo die solum orabāt, quem Dominicum vocamus, decretum inter alia fuit vt id corrigeretur: item, vt Apocalypsis Ioannis Euangelistæ, sicut alunt, à paschate doceretur in templis, adusque pentecosten.

Regnabant tunc in Hispaniis Gothi: quūque dominatio nis externæ, sicut fieri solet, Hispani pertæsi res novas captarent, graui pœna synodus edicit, ne qua coniuratio fiat in regem Gothicamve gentem, vtque mortuo rege, primores totius gentis atque sacerdotes cōmuni consilio successorem cōstituant. Idem post in aliquot aliis ipsorum conuentibus repetitum fuit. Prohibetur etiam, ne per quadragesimæ tēpus, vtā vocant, Hebræum illud Alleluia cantetur in templis: nam esse mœstitiæ tempus illud, non lætitiæ.

*Constant.* Heraclio successit Constant, è filio Constantino nepos. Hic infelicissimè mari pugnauit cum Saracenis, qui victoria potiti, Rhodum occuparunt, longius haud dubiè progressuri, nisi factiones inter ipsos ortæ, biennii inducias Romanis impetrasset: eo dato respirandi spatio, Cæsar cum exercitu transmisit in Italiam, quò ab hostibus eam liberaret, vt quidem iactabat: quūque Tarētum esset delatus Luceriā, & alia quædam Apulix loca, dittonis Langobardorum, expugnat & euertit. In itinere, quū Neapolim iret, postremū eius agmen cæsum fuit à Langobardis. Romam placidè ingressus, omnibus tandem ornamentis eam spoliat, & paucis diebus ibi commoratus, in Siciliam traiecit. Ibi demum in balneo fuit interfectus: quūque post eius mortem de successione essent nata dissidia, Saraceni, eam nacti occasionem, magna cum classe ingrediuntur Sicilia, vastam edunt hominum stragem, Syracusas capiunt, & prædam omnem Constantis ablata ex vrbe Roma, secum asportant.

*Saraceni.* Constanti successit Cōstantinus quartus, vulgò dictus Barba-  
*Cōstantinus primus episcopus Rom.* tus: hic per annos aliquot cum Saracenis congressus, tandē eos fudit, ita quidem vt pacem illi peterent, & inducias annorum XXX. simulque veltigal annuū paciscerēt: ea re commoti, qui erant ad Occidentem solem, populi Rom. hostes, pacē quoque petebant. Bulgari autem suis finibus egressi, Thracia vastabant. Cum his tadem pacificatum est, & concessa illis vtraque Myfia, tamen postea, quū ignauiam Romanorum deprehenderent, violata pace rursus euolarunt, & imperii vires attenuabant. Hic Cæsar omnium primus constituisse traditur, vt quem clerus populūque Rom. cum exercitu creasset ciuitatis episcopum, is plenam obtineret potestatem. Nam ad hoc vs-  
*Cōstantinus primus episcopus Rom. plenā potestatis tribuit.* que vlti-

que tempus, episcopi Romani dignitas, vel à Cæsaris, vel ab eius per Italiam vicarii confirmatione pendeat. Extat ad Constantinum, Papæ Leonis I. Epistola proluxa, qua damnat omnis generis hæreticos, & ipsum, propter studium ac patrocinium religionis, & liberalitatem atque munificentiam summis laudibus extollit, & Ecclesiam, quæ talem sit nata propugnator, planè triumphare dicit. Eo regnante, synodus fuit sexta Constantinopoli, centum quinquaginta episcoporum. In ea sub finem ipsum fit mentio canonum, qui dicuntur, Apostolorum, sed obscuris verbis. Gratianus autem contrarias opiniones recenset. Nam dicit esse, qui conscriptos ab hæreticis, & ab Ecclesia veteri repudiatos affirmant, & inter apocrypha numerent. Zepherinus autem episcopus Romanus, ordine decimus sextus, approbasse illos dicitur, & post eum, ista, quam dixi, synodus, quæ Iustiniani II. tempore, qui filius erat Constantini quarti, tradit absolutum fuisse. Breuiter, incertis rationibus omnia fluctuât: sed & de numero canonum non cõuenit: nam alii, L. alii LX. ponunt, alii LXXXIII, & eo quidẽ numero extat: vnde facile conici potest, paulatim additos fuisse plures, & vno postea nomine comprehensos, quum à diuersis emanassent. Tunc etiam archiepiscopus Rauennas episcopo Rom. se subiecisse fertur, quum antea, maximè verò post eò translatum Exarchatum, nihil Romano concederet.

Constantino successit Iustinianus filius: is per ætatẽ & imperitiam malè rēpublicam gerebat, & violata pace, quam eius pater cum Saracenis fecerat & Bulgaris, eò demum redactus est, vt pacẽ ab vtrisque cogeretur ipse petere. Tandẽ ob crudelitatem eiẽdus, & præcis naribus relegatus, Leontium habuit successore, qui propter affectati Imperii suspicionem per biennium fuerat captiuus. In his moribus Africam inuadunt Saraceni: sed biennio post illinc eiecti fuerunt, commisso prælio.

Milites Romani, præsidio in Africa relicti, quum lentè & ignauè omnia administrarentur à Cæsare, veriti, ne à Saracenis, quorum tunc erat ingens potentia, rursus eiicerentur, Tiberium quandam faciunt Imperatorem. Is cum copiis profectus Constantinopolim, & vrbe potitus, Leontium capit, naribus truncat, in catenas conicit, & per Italiam nouum constituit Exarchum: & quum ad hunc modum tumultuosè omnia fieret, Saraceni tempus idoneum nacti, maximisque cum copiis ex Aegypto profecti, Africam rursus occupant, & Libyam & Hispaniam propè totam. Is quem supra dixi Iustinianus, à Leontio Imp. eiectus & relegatus, Trebellii Bulgariae regis auxilio Constantinopolim tandem occupat, & Leontium Tiberiumque captos interfecit: per annos deinde sex, crudeliter imperauit, ingratus etiam in Trebellium regem: tandem commisso præ-


Sexta synodus Constantinopoli habita.

Zepherinus, episcopus Romanus.

Iustinianus.

Leontius.

Tiberius.



**Philippicus** lio cum Philippico Bardane, ad quem exercitus defeceat, occubuit tum ipse tum filius Tiberius.

**Constantini episcopi** Philippicum Constantinus pontifex ob diuersam religionem pronuntiat scismaticum. Tandem à suis exocularatus. Cæsar, Anastasium I I. habuit successorem. Is classem insignè misit Rhodum, belli gerendi causa cum Saracenis, eique bello

**Rom. auctoritas.** Anastasius. quendam ordinis Ecclesiastici virum præfecit: sed quum ei parere milites recusarent, orta seditione, factus est Imperator

**Theodosius Anastasii sacris addicit.** quidam obscuri generis Theodosius, qui mutata nauigatione, Constantinopolim venit, urbem occupat, & Anastasium prælio victum sacris addicit: sed non multò post eiectus à Leone copiarum præfecto, vitamque monasticam fuit amplexus. Ad hoc tempus, quod erat anno salutis septingentesimo, decimo-septimo, Mauritani, totis viribus irruunt in Hispaniam, & luxuriantem illam faciunt, Rhodorigo, Hispaniarum rege, quem etiam Gothi elegerant.

**Constantinopolim obsident Saraceni.** Leonè regnante, Saraceni, vastata Thracia, Constantinopolim per triennium obsident terra marique, tandem pestilentia propè consumpti, domù redire coacti sunt. Erat Leo valde infestus episcopo Romano, Gregorio I I. subque per Italiã vicario, siue Exarcho mandauerat, vt illù quocunque modo tolleret è medio: Papam verò defendebant Langobardi, non quidè

illius charitate quadã, sed vt in eo dissidio suos ipsi fines amplificarent. nam Exarchatus oppida multa per hanc occasionè occuparunt. Huius Gregorii quædã extant epistolæ ad clerum & plebem Thuringiæ, monens vt in cognitione Dei magis atque magis proficiant: item, ad Saxones, grauiter eos deterrès ab idolorù cultu. Bonifacio quodam fuit vsus in his rebus administro, quem in Germaniã miserat. Leo Cæsar statuas omnèis & diuorum imagines è templis eiicit, Papæ quoque mandat vt idem faciat: ille verò non modò non morè gerit, sed illi in suo proposito perseveranti, graues pœnas denuntiat.

**Leo imagines è templis eiicit.**

Leoni successit filius Constantinus, eius nominis quintus, cognomento Copronymus, eiusdem cum patre religionis. Hic magna cum classe profectus in Saracenos vt Alexandriã Aegypti recuperaret, accepto nuntio de seditione domi nata, & Artabasto, nouo Imp. electo, Constantinopolim reuertit, urbè vi capit, & Artabastum exocular. Huic etiam, sicut parèti Leoni, graue fuit cum episcopo Romano Gregorio I I I. dissidium: qui subindè missis internuntiis eum excommunicabat, & quum in vincula conicerentur nuntii, collecta synodo decretum fecit, vt qui posthac diuorum imagines demolirentur aut contumeliosè tractarent, ab Ecclesiæ consortio planè reicerentur. Deinde, omni studio & opera statuas in variis templis erexit, & magnificè, quantum potuit, ornabat. A Gregorio I I I. fuit

**Artabastus.**

**Zacharias.** Huius extat ad episcopum quēdam Bonifacium epistola, qui per Germania erat, ille ipse, vt apparet, cuius opera fuit vsus Gregorius II, vt paulo supra diximus. Eius postulat is respondet Zacharias, & permittit vt Merseburgi, Bābergæ, Erphurdæ sint episcopatus. Concedit etiam, vt ad Carlomanum, Caroli Martelli filium, qui in aliqua vrbe regni Francorum petebat haberi synodum, proficiscatur, & Ecclesiæ mores diligenter reformet: in primis autem ab ordine sacerdotali remoueat adulteros, & eos qui plures habent vxores. Quum enim post susceptum ministerium sacrum, ne vnam quidem vxorem habere vel atrectare liceat, multo minus, vt eodē tempore plures quis habeat, licere. Nam quod Paulus ait, vt episcopus sit vnus vir vxoris, intelligendum esse non de præsentī, sed de præterito tempore, ne videlicet plures habuerit quam vnam vxorem, is, qui cupit in sacerdotum ordinem cooptari. Huic epistolæ subiungitur Carlomanni, qui se Francorum ducem vocat, edictum, quo statuit, vt ipso præsentē quotannis habeatur synodus: adulteros autem sacerdotes & scortatores loco submoueri iubet: venationibus etiam & aucupio illis interdicit, neve mulierem vllam domi foueant, mandat: sed de vxoribus, verbum nullum.

Ab hoc tempore Aistulphus Langobardorum rex, tributum annuum a Romanis petebat, grauius minatus nisi dependere. Qui tum erat episcopus vrbis Romæ, Stephanus, eius nominis secundus, quum blanditiis atque donis hominem placare non posset, Constantinum Cæsarem de auxiliis interpellat: quumque nihil ab eo præsidii veniret, Pipinum nuper factum Francorum regem, vt infra dicemus, orat vt opem ferat. Is cum copiis in Italiam profectus, Papiam obsidet, & illum ad pacis condiciones adigit: quum autem domum reuertisset, hostis ferocior factus, iterum arma mouet. Quare denuo sollicitatus in Italiam Pipinus venit: tunc demum Aistulphus Exarchatum Pipino tradidit, qua quidem in regione hæc sunt vrbes primi nominis, Rauenna, Fauentia, Cæsena, Forum Liuii, Forum populi, Bōnōnia, Rhegium, Parma, Placentia. Regionē hanc omnem Pontificis fidei Pipinus permisisse fertur, quum Cæsar antea rogasset vt eam sibi restitueret, quod esset Imperii, non Ecclesiæ Romanæ.

Constantino successit filius, Leo II. Is vnicā suscepit professionem in Syriam: repulsus domum rediit, neque multo post mortuus est, eiusdem cum patre religionis, filio relicto Constantino sexto. Sed quū is per ætatē regere nō posset, mater eius Irene rempublicā gerebat: ille autē grādiōr factus, deiecta matre, cœpit insolenter admodū & acerbē regnare: quumque idcirco cōiurationes in ipsum fierēt, inter alios multauit etiam

Zacharias.  
Carlomanus.

Marimonium  
sacerdotibus  
interdictum.

Carlomanni  
edictum.

Aistulphus.

Stephanus.

Pipinus.

Leo secundus.

Irene Imperatrix.



Nicephorum patrum, & excolauit. Tandē & ipse fuit excolatus, consilio matris, & aliquantō post luctu mortuus est: itaque rerum Summa rediit ad Irenem matrē, quæ quarto demū anno sui Imperii deiecta, inque exilium relegata, successorem habuit eum, quem diximus, Nicephorum.

Interea, dum ita Constantinopoli tumultuose res aguntur, celebris erat Caroli regis Francorum fama. Nam is Aquitanico bello confecto, rogatus ab Adriano episcopo Romano, cū exercitu venit in Italiam: & sicut ipsius parens Pipinus Aistulplum regem Lāgobardorum oppresserat, vt supra dictum est, ita hic Aistulphi successorem Desiderium, grauem Italiae & Adriano primo, post longam oblidionem cepit, eiusque filii Adalgisium regno deiecit, & omni expulit Italia. Nam Cæsares Romani, quoniā & longius aberant, Constantinopoli videlicet, inde a tempore Constantini magni, & quia non solum externis bellis, verum etiam domesticis & ciuilibus erant impediti disfidis, Italiani ferē negligebant, aut certē non poterant idoneē eueri, præsertim Langobardis ibi grassantibus: deinde, ex ipsis plerique dissidebant etiam grauius à Romanis episcopis, vt antē diximus, & ipsorum odio, non admodum mouebantur illis Langobardorum successibus. Hac de causa Pōrifices externam defensionem circumspeciebant: & quia tum temporis nulla erat illustrior aut potentior familia, quàm Franciæ regum, propter magnitudinem rerum gestarum, idcirco ad eum, velut ad portum aliquem, rebus turbulenti, confugiebant.

Hunc etiam ad modum, Adriano mortuo, cui successit Leo tertius, quū graues haberet Romæ aduersarios, Carolum Pipini filium implorabat: qui quū ad urbem quartō venisset, à Pontifice simul & omni populo salutatus est Imperator. Quod quidē accidit, quo tempore Constantinopoli seruebant omnia factionibus: ita quidem, vt etiam tempus ipsum & reipublicæ status huic mutationi videretur causam & occasionem præbere. Sic igitur Occidētis Imperium ad Germanos deuēnit: nam Germanos fuisse Pipinum atque Carolū, dubitari non potest. Fuit hoc post natum Christum, anno octingentesimo primo. Cæterum, inde à Nicephoro, Imperatores Oriētis, continuis ferē bellis agitati fuerunt. Nam initio Bulgari sæpe cum illis consixerunt: deinde Saraceni ex Africa profecti, Cretam insulam, post quoque Siciliam occuparunt, & Asiam longē lateque vastarūt. Postremō etiam Turcæ, Scythiæ populus. A Nicephoro autem vsque ad Constantinum Palæologum postremum, circiter quinquaginta numerantur Imperatores Græci, & in his aliquot fœminæ. Ex ipsis plerique fuerunt ignaui, & Constantino Monomacho regnante, qui vigesimus est à Nicephoro, Turcæ ab hamili origine paulatim progressi longius, Asiam

Adrianus  
episcopus  
Romanus.

Deo auxilium  
implorat.  
Carolus ma-  
gnus Imper-  
ator.

Constantinus  
Monomachus.  
Turci.

Asiam vastare cœperunt, & auctis quotidie viribus, monarchiâ demum constituerunt, non quidem nouam, aut quintam aliquam, sed ex ea natam Imperii Romani parte, quæ fuit ad solem Orientem.

Eius autem monarchiæ princeps fuit Ottomannus, ad annum Christi circiter M. C. C. C. Mahometus deinde, eius nominis secūdus, proauus Solymani, qui nunc rerum potitur, capta Constantinopoli, & Constantino Palæologo Cæsare, quem diximus, interfecto cum omni familia, nomen & successione Imperatorum nostræ religionis iis in locis funditus delent. Tenent autem Turcæ ad hoc vsque tēpus, Asiam, Syriam, Aegyptum, Mesopotamiam, Iudæam, Rhodum, Græciam omnem, Thraciam, Bulgariam, Macædoniam, Illyricum, utramque Mysiam, & nuper alteram ferè Pannoniam, & Aphricæ partem aliquâ.

De primatu dimicârunt olim inter se vehemēter Ecclesiæ, Hierosolymitana, Antiochena, Constantinopolitana, Romana: hæc quidem dux potissimum, vti supra docuimus. Turcæ verò item diremit, & sic omnia tribus illis locis conturbauit, nullū vt existat Ecclesiæ vel Christiani cœtus vestigium. Eius autē, quæ superest, Ecclesiæ, quæque sublati æmulis nunc sola triumphat, cuiusmodi sit facies, qui status, res ipsa declarat.

Postquam ergo demonstrauius quemadmodum Imperii Romani pars altera corporis, Orientem solem spectans, omnino concidit, & in alienam potestatem deuenit, reliquum est, vt, quemadmodum & ea pars quæ pertinet ad Occidentem solem profus interierit, & nouos adepta sit dominos, breuiter explicemus. Hic autem obiter considerandum est quomodo mirabili quodam fortunæ ludibrio, à Romanis illis arque priuilegiis familiis, augustum illud Imperii decus & fastigium ad extremos delatum sit, & quidem aliquot, pudendæ conditionis homines. Nam ex iis quidam fuerunt Hispani, nonnullis Pannonia, Dacia, Dardania, Dalmatia, Gallia, Thracia, Cappadocia dedit originem. In primis autem obseruari debet, quam fuerit anceps ac misera Imperatorum conditio: nam ipsorum dignitas omnis atque salus erat nō in senatus, aut populi, sed in Legionum atque militum potestate, sic vt permirum videri possit, vltos fuisse qui munus hoc tam periculosum & iniuriis opportunum, susciperent. Etenim inde à C. Cæsare, qui spectante senatu concidit, ad Carolum vsque magnum, circiter triginta fuerunt ex iis interfecti, quatuor verò sibi mortem ipsi concouerunt. Semper aliquid erat quod in ipsis desiderarent milites: neque bonos magis quam improbos ferre poterant, & ad minimam occasionem concitata turba, iugulabant eos, quos etiam inuitos ad culmen illud honoris pertraxerāt, sicut A. Elio Pertinaci constat accidisse. Cæsarem metuebat senatus, ipse ve-

Ottomannus.  
Mahometus.  
1166.

Fastigium  
Imperii  
Rom. ad ex-  
tremos dela-  
tum.

ad Cæsar ab impuri militis voluntate propemodum atque m-  
 tu pēdebat: hos autem spiritus, inde post C. Cæsar's mortem  
 sibi sumplerūt, præsertim legiones veteranæ, quibus per Gal-  
 liam, Hispaniam, Africam ille fuerat usus. Et Cicero hoc  
 ipsum deplorans, Fortes illi quidē sunt, inquit, sed propter me-  
 mortiam rerum quas gesserunt pro populi Romani libertate &  
 dignitate reipublicæ, nimis feroces, & ad suam vim omnia no-  
 stra consilia reuocantes.

## LIBER III.



ANTE QVAM de Carolo Magno loqua-  
 mur, ad quem diximus Imperium Occidentis  
 esse delatum, explicanda sunt quædā de Ger-  
 manis, à quibus originem ille ducit. Et primò  
 quidem certò constat, Germanos persepe  
 transisse Rhenum, & in Gallias penetrasse, vt  
 ibi propter agri bonitatem considerent. Nam  
 Teuthoni in prouinciam Galliam inuaserunt, & à C. Maria  
 consule fuerunt profigati: deinde, quum Aruerni & Hedui,  
 Gallix populi, de præcipatu contenderent, Germani mercede  
 conducti ab Aruernis & Sequanis, primò quidem non ita ma-  
 gnis copiis eò venerant: paulatim verò sic augetebāt, vt Ari-  
 ouisto rege, bonameius agri partē occuparent. Eos autem C.  
 Cæsar prælio superauit, & aliquot post annis, quum bellū ge-  
 reret in Eburones, Gallix Belgicæ populum, Germani denuò  
 Rhenum traiecerunt vt exercitū Rom. oppugnarēt: sed ad Mo-  
 sæ cōfluentem atque Rheni fuerunt ab illo cōtusi. Multis inde  
 post annis intra suos fines se continebant, eo quòd Rom. Cæsa-  
 res bellum ipsis inferrēt: sed tamen, quoties tempus aliquod i-  
 doneum essent adepti, non deerant suis ipsi commodis, & Gal-  
 liam perpetuò vastabant. Hunc ad modum, Gallieno, Cæsa-  
 re, hō nunc ignauo & voluptuario, impressionem fecerūt, & paula-  
 tim eò potentix creuerūt, vt Probus Cæsar, quartus à Gallie-  
 no, vix magna difficultate illos reiiceret. Iulianus etiam, Con-  
 stantii Cæsar's legatus, bella cū illis gessit: posthæc, Honorio,  
 Cæsa-  
 re, Gothi in Galliā irruerunt, in que Cæsar diuersis bel-  
 lis occupatus, Aquitaniam concessit inhabitandam. Ab altera  
 parte Francones Germani, per Belgicā irruptione facta, Tre-  
 ueris, Menapiis, Eburonibus, Morinis, Neruis, Ambianis, Bel-  
 louacis, Suessionibus oppressis, in ea parte Gallix confede-  
 runt, quæ nomen ad hoc vsque tempus retinet, & Francia di-  
 citur, cuius quidem regionis caput est Lutecia, nec procul il-  
 liuc oppidum Sandenium, Franciæ regum sepulturæ postea  
 consecratum.

consecratum est in hodiernum usque diem. Ad eum modum amplificati, quæ antea bonam Germaniæ partem possiderent, omnem videlicet regionem illam quæ est ad Mœnum flumen atque Rhenum, facile non solum defendebant illatum bellum, sed etiam aliis inferebant, & labante indies magis atque magis imperio Romano per Asiam & Africam, Langobardis etiam Italiani vastantibus, admodum suos fines per Galliam extenderant: & quum ordine multi ipsorum reges ibi dominarentur, tandem ad Pipinum etiam eiusque filium Carolum regni summa devenit. Pipini pater, Carolus Martellus, non quidem ipse rex, verum ex proceribus vnus, & palatii præfectus, vel, ut vulgò loquuntur, maior domus, Bavaros & Suevos devicit. Nam sicut annalium scriptores Galliæ tradunt, aliquot nunc annis, præter titulum atque nomen, nihil reges habebant, sed omnis autoritas erat & summa rerum penes præfectum regiæ domus. Etenim, à superiorum regum virtute prorsus isti degenerauerant, & voluptatibus dediti, nullam reipublicæ curam suscipiebant. Itaque præfectus palatii magistratum gerebat: & quò maior erat ignavia regis, eò plus potentia iste suam augebat.

*Carolus Martellus rex, qui adtea palatii præfectus erat. Præfecti regiæ domus Galliaæ theoricus.*

Hac demum occasione, Pipinus, qui, Childerico regnante, præfectus erat, quum apud pontificem Zachariam res in disceptatione venisset, ut aiunt, regnum obtinuit. Huius rei mentio fit in decreto, quod vocant, Gratiani, quod nimirum Papæ liceat regibus abrogare principatum. Sed eius loci titulus & inscriptio falsa est. Quum enim duo sint Anastasii Cæsares, neutri potest attribui. Nam prior, ducetis & amplius, alter verò triginta septem annis ante regnavit, quam istud accideret: deinde, posterioris ætate, nullus fuit Papa Gelasius. Admonedi causa lectores hoc addendum putavi, quò Pontificiorum scripta prudenter evolvant atque cautè. Nec enim vno loco deprehenditur, id eos agere potissimum, ut suis legibus opinionem vetustatis adderent, quò plus habeant ponderis & autoritatis. Pipinus, præterquam quò Langobardos per Italiam compressit, rogatu Pontificis, vi supra dictum est, bellum quoque gessit in Saxones, & deinde cum Aquitanis, eorumque ducem captum interfecit. Quamque non multò post è vita migrasset, ac illi subinde rebellaret, Carolus filius, rex, utrumque bellum vix tandem ingenti labore perfecit. Cum Saxonibus enim totos annos XXXIII. belligeravit, eoque durante bello confecit & alia. Nam & Bavariam, Tassilone duce rebellantem, suæ ditionis fecit, & bis contra Langobardos profectus, & in Campaniam usque progressus, omnem Italiam domuit, & legibus confirmavit. Illas etiam Galliæ civitates quæ sunt ad Oceanum, & à C. Cæsare vocantur Armoricæ, nunc autem minoris Britannia nomine

*Zacharius pontifex.*

*Dei virtutum bellum cum Saxonibus.*

consentur, ad officium rededit, quum stipendium annuum Fræ-  
 ciz regibus debitum nollet amplius dependere. In Hispaniam quoque profectus cum exercitu, feliciter quidem rem  
 gessit aduersum Saracenos: rediēs autem, in saltibus Pyrenæis  
 per insidias grauissimè cæsus fuit à Vasconibus, Aquitanix po-  
 pulo. Sed & Hunnos, qui Pannoniam tunc obtinebant, octauo  
 demum anno vicit, & per legatos Bohemiam quoque pacauit.  
 Postremum verò bellum fuit aduersus Danos, siue Nordman-  
 nos, qui maritimam oram Germanix Gallixque magna classe  
 vastabant. His tantis rebus gestis, effectum est vt magnus dice-  
 retur. Quum enim Franconū reges antea solū tenerent eam  
 Germanix partem quæ est inter Saxoniam & Danubium, in-  
 zérque Rhenum & Salam: adhæc, Sueuiam atque Bauariã: ipse  
 rotam Saxoniam adiecit, deinde vtramque Pannoniam, Daciam,  
 Istriam, Hiberniam, & mediterraneam Dalmatix partē: quū-  
 que idem Franconum reges per Galliam tenerēt eam partem  
 quæ est inter Rhenum & Ligerim, inter Oceanum & mare Ba-  
 learicum, ipse omnem Aquitaniam totūque iugum Pyrenæi  
 montis ad Iberum vsque flumen, & quod primo loco dictum  
 oportuit, Italiam totam, inde ab Alpibus ad extremam vsque  
 Calabriam adiecit: & postea quarto Romam profectus, à Leo-  
 ne tertio & ab omni populo Romano salutatus est Imperator  
 Augustus, quū iam annos regnasset XXXIII Romanū igitur  
 Imperium, quod est ad Occidentem solem, variè dilaceratum,  
 præsertim ab eo tempore, postquam Cæsares domiciliū atque  
 sedem Cōstantinopoli sibi delegerunt, vt ex iis quæ suprā cō-  
 memorauimus, apparet, à Carolo Cæsare reintegratum est,  
 ac veluti nouum corpus, colorem atque speciem resumpsit,  
 tot tantisque prouinciis, ad vnius principatum redactis. Nice-  
 phorus, alter ad Orientem solem Cæsar, factum istud indignè  
 quidem tulit, sed humanitate modestiæque sua Carolus eum  
 desinuit, & missis donis amicitiam vterque coluerunt, & v-  
 triusque Imperii constituti fuerunt certī limites. Præter alios  
 concuentūs, cōcilium habuit etiam Rhemense, in quo decretum  
 fuit inter alia multa, vt episcopi sacram Scripturam diligēter  
 euoluāt, & Dei verbū annuntient. Moguntix quoque synodus  
 fuit anno prius quàm è vita decederet, & superioribus anis  
 alia, Turoni, Cabillone, Arelaræ, de emendatione Ecclesiariū,  
 vt tradunt, qui per id tempus vixerunt.

Carolus Sa-  
 lucusur Im-  
 perator.

Imperium  
 reintegra-  
 tum.

Concilium  
 Rhemense.  
 Moguntina  
 synodus.

In laudis  
 Imperatoris.

Ludonico deinde filio, regni & imperii hærede designato,  
 mortuus est Aquigrani, quod est Gallix Belgicæ oppidū, se-  
 tuaginta octo annos, post Christi natalem anno octingentesi-  
 mo decimo quarto, quū per annos serè XLIIII. Cæsar fuisset,  
 Germanorū omnium primus ad eam erectus dignitatem. Ipse  
 regnante, per Italiam, Germaniam, Galliam & XLI tantū erant  
 ciuitates,

ciuitates, vti vocant, metropolitanæ, Roma, Rauenna, Mediolanum, Forumiulii, Gradus, Colonia, Moguntia, Salisburgum, Treueris, Rotomagus, Senones, Vesontio, Lugdunum, Rhemi, Arelatum, Vienna, Tarentasia, Ebrodunum, Burdegala, Turo- nes, Bituriges. Eius pars Pipinus, Exarchatum, Langobardia ereptum, episcopi Romani fidei comiserat, vt supra diximus, quemadmodum quidem memorie proditum est: ipse vero ple- ne illis dedisse eum, fertur: quod tamen in dubium a multis vo- catur. Qui fuit ei familiaris & scriba iuratus, Eginardus, diui Petri, quam vocant, Ecclesie, Romæ, præ cæteris ei valde cha- ram fuisse, magnamque vim auri, argenti, gemmarum illuc de- portatam, & plurima Pontificibus ab eo munera esse missa, scri- bit: nam hoc illum in primis egisse diligenter, vt ipsius opera studioque, vrbs Roma veteri polleret autoritate, & sancti Pe- tri Ecclesia, non solum ipsius esset incolumis tutaque patroci- nio, sed etiã opibus inter alias maximè floureret. Hæc ille dun- taxat. Quod verò tot tamque potentes vrbes dederit, quæ dit- tionis erant Imperii, ne verbum quidem: imò, quum à quarta in Italiam profectio, factus esset Cæsar, vrbs Romæ, & Põ- tificis & totius Italix, non publicas tantum, sed Ecclesiasticas etiam res & priuatas ordinatse scribitur. Etenim, quum non- dum esset Cæsar, sed Franciæ tantum rex, debellato Lango- bardorum rege Desiderio, sicut diximus, Romam venit, & cõ- cilium habuit, in eoque, sicut ipsorum libri dicunt, Adrianus primus, tota que synodus, eligendi Pontificis, & ordinandi se- dem, vti vocant, Apostolicam, & episcopos confirmandi, ius atque potestatem ei concessit. Multas Carolo tribuit & prin- cipe viro dignas virtutes, Eginardus, temperantiam, mode- stiam, frugalitatem, studium religionis, doctrinam, eloquen- tiam, & non Latinæ tantum, sed & Græcæ linguæ cognitionem. Ad hæc, summam curam ac diligentiam in educandis, & ad easdem res instituendis liberis. Parisiam quoque traditur a- cademiam instituisse, tum sua sponte, tum Albi: præceptoris impulsu, quem habuit in discendis artibus magistrum, sicut E- gina- dus dicit. Mensibus etiã nomina germanica dedit, & ven- tis duodecim, quibus etiam nunc vtimur: quum ante id tẽpũ, vt idem Scriptor ait, Francones partim Latinis, partim vteren- tur Barbaris.

Hucusque veluti præfatus de Germanis, deque Carolo, pau- cis percurram deinceps, & ostendam quemadmodum hæc ipsa imperii Romani pars, quæ est ad Occidentem solem, à Carolo vix denũ restituta & recollecta, rursus interiit, & in varias diuisa prouincias, facta sit multorum ditiois, qui veluti peculiu suum, illas possident, nec fontẽ ipsum, unde manarunt, agnoscunt: ita quidẽ, vt illud augustũ, & tan- o, pere celebratũ imperii Roma-

*Metropoli-  
tana ciuitas  
ter.*

*Synodus Ca-  
rolo Magnas  
eligendi Pon-  
tificis aucto-  
ritatem con-  
cessit.*

ni fastigium, nihil aliud sit hodierno die, quam tenuis quædam  
 magni corporis umbra. postquam ex tam immensa mole red-  
 actum est ad unicam Europæ particulam, Germaniam. Postre-  
 mò, quemadmodum hanc imperiorum vicissitudinem & occasum  
 Romanæ monarchiæ Daniel prænuntiaverit, brevitè expo-  
 nam. Ludovicus ergo, Caroli filius, alter imperator Germanus,  
 cum Cæsare Græco, Leone Armenio renouavit amicitiam.  
 Quumque ipse regni anno tertio mortuus esset Leo Papa, suc-  
 cessor Stephanus quartus in Galliam profectus, Rhemis cum  
 consecrauit. Huc excepit Paschalis: & quia Cæsaris autoritas  
 non interuenerat, ille per legatos diligenter atque sollicitè fa-  
 ctum purgans, pontificatum sibi prorsus inuito dicebat esse ob-  
 trusum. Libri pontificii habent, Ludovicum Cæsarem Pascha-  
 liseritque post eum & confirmasse possessionem bonorum,  
 & electionem permisisse liberam, ut quem omnes Romani iu-  
 dicassent eo munere dignum, is pro pontifice haberetur. Quan-  
 tum fidei sit eiusmodi scriptis tribuendum, non video: sic enim  
 inter se dissident, sic nullo sunt ordine perscripta, ut quid se-  
 quendum sit, intelligi non possit. Filios Ludovicus habuit treis:  
 Lotharium, Imperii & regni consortem allegit: Carolum, qui  
 Pipino fratri mortuo successit, Aquitanix: Ludovicum Baua-  
 rix præfecit. Coniuratione facta, captus à filiis, & regno pri-  
 uatus, Compenis, oppido Suessionum, ad monasticum vitæ ge-  
 nus fuit detrusus. Galliæ scriptores annalium tradunt, proce-  
 res Ecclesiasticos, quorum ille factum atque luxum coercere  
 volebat, habitis Aquisgrani comitiis, hanc ei concitasse turbam,  
 & filios, ut facinus tam impium auderent, impulisse. Liberatus  
 autem sexto post mense, maximo populi desiderio, regnum &  
 omnia recuperavit. Quia locus ita fert, notandum hic est obi-  
 ter, multa fuisse per Galliam habita concilia nationis. Nam  
 proximum ab illo, quod diximus, Aquensi, Troix fuit, oppido  
 Campaniæ: deinde Rhemis, Gergouix, Turoni, Digeone, Lu-  
 teciæ, Lugduni, Viennæ, Auenione, Auarici, Aureliæ, & qui-  
 dem iisdem in locis, plura. Quum enim status rerum ita posce-  
 ret, ipsi reges ordinem Ecclesiasticum ceterosque proceres con-  
 uocabant ut publicis incommodis mederentur. Ad hunc mo-  
 dum Ludovicus XII, qui cum Iulio II. graues exercuit ini-  
 micicias, Turoni concilium habuit suorum atque Lugduni, sa-  
 lutis anno M. D. X & XI.

*Ludovicus.*

*Leo Papa.  
Stephanus.  
Paschalis.*

*Lotharius  
Imperii &  
regni cõsors.  
Filiorũ con-  
iuratio.*

*Ludovicus  
sex regnum  
recuperat.  
Antea per  
Galliã cõci-  
lia habita.*

*Nota regni  
diuisio.*

Nunc ad institutum Ludonico mortuo, Metique sepulcro,  
 successit Lotharius, cui bellum fuit cum fratribus. Quo demum  
 sedato, & noua facta diuisione, Ludonico Germania cessit, Gal-  
 liæque pars inde à Mosâ usque ad Rhenum: Carolo autem ob-  
 uenit Gallia, inde ab Oceano Britannico & Pyrenzo saltu us-  
 que ad Mosam. Lotharius, præterquam quod Cæsar esset, Ita-  
 liam

Nam & Narbonensem quoque provinciam obtinuit. Ei successit filius Ludouicus secundus, qui Saracenos in Italiam irruentes repressit. *Saracenos repressio.* Eo regnante, Papa fuit inter alios, Adrianus secundus, & quidem non assentiente Cæsare, sicut ipsorum habet libri, creatus à nobilitate Romana, cuius atque clero, quæ vo-

eant. Nam licet erant in vrbe Cæsaris legati, tamen ad electionem vocati nõ fuerunt: quumque grauius id & molestè ferrè, responsum eis fuit, nullo factum hoc esse Cæsaris contemptu, sed cautione quadã in posterum, ne videlicet, quum eũ creandus Papa, mos ille, Cæsaris expectandi legatos, tanquam necessarius, inoleseat. Eo responso non solum illos fuisse placatos, verumetiam officii causa demissè pontificem saluasse tradunt. Hic autem videre licet mirabilem quandam in ipsorum scriptis varietatem & inconstantiam. Etenim, si Ludouicus primus liberam eis electionem concessit, vti ferunt, & paulò supra dictum est, cur eius nepos Ludouicus I I. iniuriam sibi factam esse putabat? Sed quoquo modo res habeat, titulus quidẽ eius decreti, quod est in canonibus Gratiani, manifestè falsus est. Nam Gregorio quarto tribuitur, quũ is viginti duobus annis è vita decesserit antè quàm Adrianus I I. fieret pòtifex. An historiam scripsit mortuus eorum quæ pòst acciderunt? Ante Adrianum proximus fuit Nicolaus I cuius extat ad Michaelè Imp. Græcũ epistola valde prolixa, de sua in omnes Ecclesias potestate. Nam Cõstantinopoli fuit ab episcopatu remotus Ignatius, & institutus Photius, incõsulto episcopo Romano: sed & eiectionis statua. Clamat ergo cõtrã, quàm vehementissimè potest. Extat etiã eius decreta plurima, plena maiestatis papalis.

Carolus, Gallix rex, vt supra diximus, magna celeritate proficiscitur in Italiam, resistente licet altero fratre natu maiore Ludouico, Germanix regè, & à Ioanne V I I I. Romano pòtifice consecratur. Secundò profectus in Italiam, rogatu pontificis, vt Saracenis, qui Campaniam rursus inuaserant, resisteret, Mantua mortuus est. Ludouicum filium habuit successorem, cognomine Balbum sed is per biennium modò præfuit.

Ab eo imperii Rom. summa venit ad Carolũ Cressum, Ludouici Germanix regis filii, qui duobus quos habebat fratribus mortuis, Germaniã omnem & Italiam & Galliã obtinuit, & Saracenos Italiã vexates proffigauit, & belligeratus aliquãdiu cũ Nordmannis, inferioris Germanix populo, Galliã Belgicam vexantibus, eam Galliã partem illis demum concessit, quæ nomen illorum ad hoc vsque tempus retinet. Post hunc fuit Arnulphus, Cæsar, fratris filius, egregius princeps. In Italiã profectus, vt Formosum pontificè Romanum ab aduersariis liberaret, Romã capit, & in seditionis aurores viadicat. Ipso rerum potiunte, Hungari ex Scythia pulsũ, in Panaoniam

Ignatius ab officio remotus, Papa inconsulto.

Mori Caroli Gall. regis. Rem summa alia venit.



irruunt, & Ludouico III. Arnolphi filio, Cæsare, in Germaniâ prægressi, & non procul à Lœchio flumine insigni victoria potiti, Bauriam, Sueuiam, Franciam, Saxoniam, cædibus, rapinis & incendijs vastant. Arnolpho, Cæsare, Triburix, quod fuit ad Mœni ripam oppidum aliquando, concilium est habitū X X I. episcoporum Germaniæ, & inter aliâ multa decretum vt sepulchram mortuorum nemo vëdat, & ne quis laicus, vti vocat, in templo sepeliatur.

*Decretum  
de non ven-  
ditiâ sepul-  
chris.*

Ad hoc tempus magnum exarsit incendium per Italiam. Berengarius enim & alii quidem Langobardiæ proceres, multis ornati beneficiis à Carolo Caluo, coniurarunt aduersus Galiam, quo tempore Carolus Crassus imperabat: sed quum frustra molirentur, ad Italiam animum adiiciunt, & inter se diu multumque conficcati, sicut fieri solet, magnis cladibus illam afficiunt. Tandem Berengarius victor, Italiæ regnum obtinuit, & Ludouicum Cæsarem, eò cum exercitu profectum, vbi cepisset, exoculasse scribitur.

*Cæsar exo-  
culatur.*

Hoc etiam tempore, ne quid omnino calamitatis deesset, Saraceni, Aphri & Hungari immanissimè vastant Italiam: quumque sub Berengariis, Hugone Rudolpho, Lothario, Alberto, & quibusdam aliis tam esset funestus ac miserabilis pulcherrimæ regionis status, atque in his turbis mortem obiisset Ludouicus Cæsar, Germani, Saxones præsertim atque Francoes, Cæsarem salutabant Othonem, Saxonum & Thuringorum principem: sed is ætate grauis, author ipse fuit vt Conradum Franciæ ducem sumerent, qui Cæsar factus, pleraque omnia de consilio faciebat Othonis. Ac deinde Othone mortuo, quî & ipse grauitè ægrotaret, conuocatis ex nobilitate primis, orabat vt Othonis filium Henricum, tunc absentem, pro Cæsare agnoscerent. Is est Hêricus, vulgò dictus Auceps. Itaque videmus quemadmodum à Francis & à Caroli familia splendor & dignitas imperatoria peruenit ad domum Saxoniam. Hi duo Cæsares, Conradus & Henricus, ab episcopo Romano non fuerunt consecrati, sicut vocant, idèoque prætermittuntur à nonnullis: & Henricus quidem oblatam à Papa consecrandi ceremoniam neglexisse fertur, quod bonorum virorum iniurijs atque suffragiis contentum sese diceret.

*A Francis  
summa ve-  
rum ad do-  
mum Saxo-  
nicam per-  
uenit.*

*Cur duo Cæ-  
sares præter-  
missi sint.*

Aliquantò post, Arnolphus Malus, Bauriæ dux, rei summam ad se reducere cogitabat, & collectis vtrinque copiis, quum ad Ratisonam essent ambo exercitus expediti, Cæsar illum ad priuatum colloquium euocat, & commemoras quemadmodum à plerique Germaniæ populis esset creatus Cæsar, dehortatus etiam ne tot hominum millia, in quibus plerique essent innocentes: & ignari causæ belli, velit periclitari, scit eius animum: atque ita discessum est ab armis. Burchartus etiam

etiam Sueuiz dux rebellabat, sed territus potentia Cæsaris, in deditiōem venit. Hungari Saxoniam denuò vastabant: capto autem ipsorum duce, nouem annorum pacti sunt inducias. Cæsar deinde ad militiam instituto suo populo, Dalmatas debellat, Pragam urbem & Wenceslaum Bohemorum ducem capit, & veltigalem sibi facit Bohemiam: Hungaros finitis induciis denuò in Saxoniam irruentes, maximo pralio vincit, & tributum, quod illis pendebant Saxones, in egenos distribuit. Erat eius consilii proficisci Romam, sed valetudine impeditus, filiū suum natu maiorem Othonem, imperii designat hæredem. Is cum Bohemis, qui tum rebellabant, multis annis belligeravit. Hungaros etiam, quum apud Vangiones traiecto Rheno, Francōniam essent ingressi, Saxoniam inde populaturi, cædit atque fugat: Burgundiam sibi subiugat: in Italiam deinde profectus magno cum exercitu, & debellatis Berengariis, alteram vxorē ibi ducit Adelheidam. Id ægrè ferens Lutholdus filius, insidias illi struit, & passim multos habuit sui consilii adiutores, ac in his Conradum Sueuiz ducem, fororium suum: verum obsesus à patre Ratisbonæ, & in angustias redactus, veniam suppliciter petit, & impetrat.

*Tributum  
Hungarorum  
erogatum per  
peribne.*


*Bigamia  
Othonis.*

Post hæc, Hungari, vastata Gallia, maiore quàm vnquã antea multitudine in Germaniam irrumpunt, & prope Vindelitorum Augustam, in ea planicie quæ nomen habet à Læcho flumine, castra faciunt. Eò Cæsar profectus, cū Saxonibus, Francis, Sueuis, Banaris, Bohemis, post ancipitem multamque pugnam ad interuentionem propè cæcidit hostem; aliquot ipsorum regulis in crucein actis. In Saxoniam reuersus, ac rebus ibi constitutis, in Italiam denuò suscepit iter, sed ante profectiōem, Othonem filium suum imperii collegam designauit.

Vbi tandem Romam venit, concilium habet, eique præfuit, & Ioannem X I L, propter crimina loco remouit, & Leonē eius nominis octauum instituit. Eius extat insertum iuripontificio decretum, vbi Adriani primi exemplo conferre se dicit Othoni Cæsari eiusque successoribus in perpetuum, eligendi Papam, ordinandi sedem Apostolicam, & Episcopos confirmandi facultatem: simul grauius penam iis constituit, qui nõ expectata Cæsaris approbatione, consecrant Episcopos. En alterum decretum, superioribus aliquot contrarium. Subiungitur post formula iurifurandi, quo Ioanni Papæ ferunt Othonem Imperatorē sese deuinxisse: verum, quis ille fuerit Ioānes, & quotus eius nominis, quotus etiam Otho, non additur. Sed profectò mirum est, res tam arduas tantique momenti tam esse negligenter conscriptas. Quòd si primus Otho sic iurauit, est quod ei statim possit obiici. Quum enim in ea quam diximus, formula, iuret inter alia, fore vt nullum Papæ creet vitæ peri-

*Papæ Leonis  
motus à Cæsare, ob crimina.*

*Cæsari sibi  
potestas eligendi Papæ.  
Decretum de  
cretis contra  
vium.*



X eulum, nec honorem etiam atque dignitatem abroget, quomodo consistet, quando Ioannem, sicut diximus, loco deiecit, & aliterum instituit: conciliet ista qui potest. Otho, propter motus scelerum in Italiam contendit, & rebus compositis domum reuertens, ad inirium Maii mortuus est, & Magdeburgi sepultus, anno salutis nongentesimo septuagesimo quarto. Propter rerum gestarum amplitudinem & prestantem virtutem vocatur Magnus. Othoni secundo rebellabat Hericus Bauariæ dux, verum armis fuit ad officium adductus.

*Cur Otho Magnus dicitur.*

Erat tum Galliarum rex Lotharius: fratrem huius Carolum, Lotharingiarum ducem Cæsar constituit, ea lege, ut esset Imperii beneficiarius. Nam provinciam hanc à Carolo Simplici, Galliarum rege, Cæsar Henricus obtinuerat, ut tradunt annales, & ad posterum ordine transmisit. Hoc ipsum autem ægrè ferens Lotharius, collecto repente exercitu Aquasgranum celeriter accurrit, & inopinantem Cæsarem ferè oppreserat. Cæsar eam contumeliam ulturus, cogit manus, & Luteciam usque progressus, magna & illata & accepta clade pacem demum fecit. Domum reuertens, & inde Romam profectus, Græcis, qui Calabriam & Apuliam tenebant, bellum facit, sed amisso exercitu, per mare fugiens, & interceptus à piratis, quum non agnosceretur, depulsa pecunia dimissus est, ac Romam ubi reuertit, cum reliquiis copiarum Beneuentum obsidet, capit, incendit: neque multo post, in prælio cum Græcis & Saracenis, telo sauciatus decessit à vita, Romæ sepultus. Ei successor voluntate procerum, Otho filius, inauguratus Aquasgrani. Papam iste constituit

X Brunonem, hominem Germanum, Gregorium quintum. Crescentium autem consul Romanus, Ioannem episcopum Placentinum obduxit illi aduersarium. Vbi Romam ergo Cæsar venit, Crescentium sociosque graui & ignominioso supplicio afficit: Ioannem autem, eius nominis xvii, oculis priuat. Et quia propter successionem Imperii, perpetuè erant turbæ, constituit, adiutore Pontifice, ut certi Germaniarum principes viri, eius ac potestate deminceps haberent eligendi Cæsares: ne quis videlicet dignitatem illam, velut hæreditariam, posthac inuaderet. Decretum hoc incidit in annum post Christi natalem, circiter millesimum. Regnabat tum in Galliis, Robertus, vir pacis amans & literarum. Annales eum celebrant, quod templa multa construxerit, & magnificè dotarit, quodque Romam adierit religionis causa. Poloniæ duci, Boleslao, regiam dignitatem Otho Cæsar & immunitatem tribuit, ut ipsorum habent annales. Est igitur hoc illius regni principium. Ex Italia domum rediens Otho, in itinere mortuus est.

*Papa exco-  
latus à Ca-  
sare.  
Ius eligendi  
Cæsares ad  
principes Ger-  
manie dela-  
tum.*

Post eum fuit Cæsar Henricus, eius nominis secundus, Ba-  
variarum

varix dux, Othone magno, & Augusto deinde, & Cæsaris propinquus. Is pacatis in Germania rebus, & aduersariorum partim humanitate summa deductis ad amicitiam, partim debellatis, Italiam accessit, & Sarracenis arreptam Apuliam imperio restituit. Consecratus deinde à Benedicto viii, misso exercitu in Germaniam, ipse per Sequanos profectus, in colloquium venit cum Roberto Gallorum Rege, firmata vtrique amicitia. Fuit hic Ecclesiasticis admodum gratus Cæsar, quòd plurima in ipsos beneficia conferret. Henrico mortuo, quum inter Principes electores non conveniret, interregnum fuit aliquandiu: demum successit Francorū dux, Conradus. Is Hungariæ regem Stephanum ad pacis conditiones adiecit, & compositis Germaniæ rebus, in Italiam, vbi ad defectionem plerique spectabant, contendit. Et primò quidem Mediolanum obsidet, postea Romam profectus, & à Ioâne xviii consecratus, acclamante populo, salutatur Augustus. Multatis demum iis quæ res novas moliebantur, Italiam pacavit, & in Germaniam reuersus, quum denuò per Italiam noui motus oriententur, profectus illuc, in coniurationis authores animaduertit: in his erat archiepiscopus Mediolani, nec prius conuicit, quàm omnia sua ditionis fecisset. His rebus perfectis, domum reuersus, Trapius Medietecti, quod est ad Batauorū fines oppidum, mortuus est. Successorem habuit de Principum voluntate filium Henricum, eius nominis tertium, qui Bohemos rebellantes domuit, & vectigales fecit. Hungariæ regem Petrum, à suis eiectum aliquoties, restituit, totamque regionem pacavit, etsi non sine magna suorum cæde. Romæ tum erat permagni tumultus, quia de pontificatu tres contendebant, & malis artibus omnia tentabant. Benedictus ix, Syluester iii, Gregorius vi. Eius rei causa, Cæsar eò profectus, & per obsidionem vrbe capta, conuentus agit, & Bambergensis episcopus, Suitgerum constituit Papam: qui mutato nomine dictus est Clemens secundus, à quo deinde fuit ipse consecratus. Tum ciues denuò iurarunt, in creando Papa, nihil, nisi de Cæsaris arbitrio sese facturos. Pacata iterum Italia, quum in Germaniam venisset Cæsar, mortuus est Clemens pontifex, & Bambergæ sepultus. Quo cognito, Cæsar Bopponem Frisingensem episcopum illis constituit Papam. Is est Damasus I: quumque & hic nõ amplius viginti tres dies præfuisset, mortuo successus est mandatu Cæsaris, Tullensis episcopus, Leo ix. Huius extat pars quædam epistolæ, qua dicit Episcopo, Presbytero, Diacono non licere causa religionis vxorem deserere, sed æquum esse, vt quæ necessaria sunt ad tolerandam vitam, ei subministret: veruntamen vt cum ea det operam liberis, minimè licere: quum Paulus dicat, sibi quoque liberum esse non minus quàm reliquis Apostolis, vxorem circumducere.

*Cæsar cur  
gratus Ecclæ  
fasticis.*

*Archiepiscopus  
Medietecti  
lanensis cõm  
rationis axo  
thor.*

*Tres de pontificatu  
contendunt.*

*Imperator  
Papam con  
stituit.*

*Papa quatenus  
contra  
sacerdotum,  
episcoporum,  
diaconorum  
potestatem  
procedit.*

re. Quod quidem ille sic interpretatur, Apostolis idē fuisse præsto ~~se~~ uxores, vt ab iis, quos Christi religionem ~~quod~~ mariti docebāt, vnā cum ipsis alerentur, non autem vt coniugii munus exercerent, & in complexum venirent: nam idcirco Paulum circumducendi verbo, non amplectendi voluisse vti.

Anno supra mille simum, quinquagesimo, Romam Leo profectus, concilium habuit Episcoporum xlii, Moguntia, præfite *Cæsare*. Triennio post, mortuus, Eistetensem episcopum, Gebhardum, ita volente Cæsare, successorem habuit. Is fuit Victor II. Cæsar in Italiam profectus, ac rebus ibi compositis, in Germaniam reuersus, cūque Galliarum rege Henrico, eius nominis primo, colloquutus, in Saxonia mortem obiit, sepultus autem Spiræ. Morienti aderat Papa, multique alii proceres. Erat ei filius Henricus, adolescentulus admodum, sed iam antea designatus Cæsar: administratio autem penes matrem erat, & episcopum Augustanum. Non multo post etiam moritur Victor II. Papa, quum paulò amplius biennio præfisset. Ei successit Fridericus, è familia Lotharingica, dictus Stephanus IX. Eò paucis post mensibus extincto Florentiæ, Benedictus quidam auxilio suorum, inconsulto Cæsare, papatum inuauit, eius nominis decimus. Romani factum hoc eius minime probabant, sui que purgandi causa missis ad Cæsarem legatis, quam ipsius parenti fidem præstitissent, eandem ei quoque deferunt, & vt legitimum alicum pontificem constituat, orant. Itaque deiecto Benedicto, Florentium episcopum Gerardum Cæsar illis tribuit, qui fuit Nicolaus II. Rempubliam geri per Germaniam, Cæsaris matrem, vt supra dictum est, Germaniæ principes molestè ferebant: quapropter inuenta ratio fuit vt ab illa distraheretur filius: quo facto, rei summa penes Moguntinam & Coloniensem archiepiscopum in primis erat. Ab his nonnūquam adhibitus Bremensis archiepiscopus, Adelbertus, mirè gratosus regi adolescenti fuit: quumque solus illum possideret, bona sacra sibi suisque distribuit, abbatias in primis: & vt minori flagraret inuidia, Cæsari persuasit vt aliis etiam principibus illas conferret.

Interea Nicolaus II moritur, qui Parmensem episcopum Cæsar substituit: & quia senatui Romano nihil communicauerat, ideoque ad turbam res spectabat, Lucensis episcopus fuit electus, Alexander II. Dimicatum quidē fuit inter eos acerrimè, sed Alexander tamē, superior armis, rem obtinuit. Bremensis archiepiscopus, quum solus administraret apud Cæsarem omnia, collegas in se concitauit episcopos, ab iisque demum fuit electus: & quanquam loco deinde restitutus fuit, tamē non diu inperuixit, & Cæsar necessitate coactus, quum de reipublica sta-

*Cæsar præfite concilii.*

*Coradus imperator obiit*

*Papatum inuadit Benedictus, & ab eo breui deicitur.*

*Duo Papa inter se dimicant.*


ru plerique omnes quererentur. Colonienſem archiepiſcopũ, Annonem, vt procuracionem ſuſciperet, orabat. Iſ autem, cum inſolenter & iniquè multa fieri videret, excuſans ætatem & valetudinem, munus ei poſtea reſignat. Tunc verò Cæſar xxii annorum adoleſcens, natura procliuſ in vitia, magis etiam laſciuiſſe cœpit: & quum vxorem Bertham alioqui non amaret, multas fouebat concubinas: deinde paſſim in Saxonia caſtellis excitatis, in ſeruitutem eos redigere cogitabat, neque ſuos admiſtros, qui libidinoſè multa facerent & inſolenter, cohercebat. Saxones igitur tam proceres, quàm Epifcopi, ſancito foedere de vindicanda libertate, arma capiunt, quæ vix tandem, poſt multam interceſſionem depoſuerunt, quum poſtularis eorum ille ſatiſſeciſſet, fuga nocturna vix elapſus.

*Concubinae  
multa Caſaris,*

Alexandro I I mortuo, Romani proceres, inconſulto Cæſare, ſubſtituerunt Hildebrandum, qui Gregorius dicitur, eius nominis vii. Eo cognito, Cæſar per legatos cum illis expoſtulatur: ſimul, Papam vt ſibi de eo ſatiſſiciat, monet. Ille, ſe inuitum, nihilque tale cogitantem, ad hoc munus eſſe pertractum, nec inaugurari voluiſſe reſpondit, antè quàm ipſe, cæteriſque Germaniæ principes electionem approbaſſent. Ita Cæſarem placuit, & ipſius volùtate poſtea fuit confirmatus. Miſſis deinde legatis in Germaniam, Epifcopis aliquot, ſynodum per illos habere volebat. Epifcopi verò noſtrates illud recuſabant, quòd còtra morem & nationis priuilegium eſſe dicerent. Quum hoc non ſuccederet, conciliis aliquot habitis per Italiam, decernit ne ſacrifici habeant vxores, verùm vt eas ab ſe dimittant, aut loco decedant. Hoc ſuum decretum, in Germaniam miſſum ad Epifcopos, vrgebat omnino ſanciri, conſtituta pœna. Clerus autem, vt i vocant, & ſacrificorum turba frenuè reclamabat, hæreticum vocans, qui tam impium dogma proponeret: Chriſti dictum videlicet eſſe, quòd non omnes verbum iſtud capiant: Pauli dictum eſſe, vt qui non continent, vxorè dicant: iſtum autem, poſthabito Chriſti verbo, & contempta Pauli autoritate, velle homines cogere, vt legitimum & à Deo ſancitum vſum matrimonii proiciant, & turpiſſimis flammis vrantur, & in manifeſta flagitia ruant: ſe potius ab Eccleſiæ miſterio diſceſſuros, quàm à matrimonio. Quum ille nihilo ſeciùs ſidentidem miſſis interuentiſ, rem vrgeret, & acriter inſtaret, Moguntinus epifcopus ei morè gerere cogitabat: & primò quidè leniter ſuos monebat: poſt autem Epiphurdia habitò concilio, planè rem conficere volebat: ſed parum abſuit quin impetu factò trucidaretur. In:era Cæſar, vt anni ſuperioris ignominiam vleſceretur, quando circumſeſſus à Saxonibus, fuga ſibi ſalutem nocturno tempore quaſerat, arma parat, & ſupra paſe quam anno ſuperiori fecerat, quantas omnino

*Sacrificorum  
cõiugia prohibita.*

*Clerus à cõiunctione vult diſcedere.*



potest copias colligit, & mense Iulio, Saxones, qui crebris legatis pacem frustra sollicitarant, aggressus, ingenti prælio vincit, non absque magna ciade suorum, desideratis ex prima nobilitate non paucis. A victoria progressus, longè latèque fines eorū populatur, & per internuntios, vt sese dedant, hortatus, à sua benignitate sperare omnia iubet: sed id frustrà fuit, tametsi pauci quidam obtemperarunt. Saxonicum bellum gubernabāt in primis Halberstatensis episcopus, Būcco, & Bauariæ dux, Otho, profligatus à Cæsare. Moguntinus iterum sollicitatus à Gregorio vii, concilium alterum habet, deque cleri cœlibatu denuò proponit: sed eodē modo fuit exceptus vt nuper, inque magno versabatur vitæ discrimine: quare cogitationem hanc omnem sibi deponendam esse iudicabat.

Saxonibus profligatis, exercitum Cæsar dimiserat, & Principes auxiliares: verum ea lege tamen, vt ad x i Calendas Nouembris iterū sibi præstō essent armati. Quum is dies venisset, aderant plerique, & in his episcopi multi, sed non eo numero quo prius. Ibi denuò Saxones de pace legatos mittunt, positis castris apud Northusum. Cæsar hanc vnā esse pacis rationem ostendit, si sese dedant: & quanquam illi quiduis facturi potius viderentur, quàm hoc ipsū, tamen, quum intercessores & legati à Cæsare missi viri Principes amplissimè illis pollicerentur, fore nimirum, vt neque libertatis neque honorum facerēt vllam iacturam, assenserunt tandem, inque potestatem eius venerunt, Magdeburgensis, Halberstatensis episcopi, Bauariæ dux Otho, Saxonix dux Magnus, Fridericus Comes Palatinus: deinde ex reliqua nobilitate quamplurimū. Cæsar initio quidem custodias illis posuit, non illiberales, verum postea discedens à partibus, in diuersa loca iussit eos deportari: Bauariæ verò ducem Othonē deinde non solum liberauit, sed persamiliarē etiā habuit, reliquos autem neque missos fecit, & ipsorum bona dedit aliis diripienda: deinde nouis castellis atque propugnaculis extructis, omnino ceruicibus imminēbat & libertati Saxonum: toti verò administrationi per suam absentiam præfecit Otho-

*Episcopus & abbatē con-stituit Imp̄rator.*

*Papa citat Cæsarem.*

nem Bauarum, qui genus ducebat è Saxonia. Bambergensibus deinde constituit Episcopum, & Colonienſibus: & Fuldensibus abbatē. Delatus autem iam pridem ad Papam fuit, hoc nomine potissimū, quod præfecturas Ecclesiasticas diuideret: itaque per legatos Pontifex eum citat, vt intra certum diem Romæ sit præstō, causamque dicat. Ille autem Wormaciæ conuētus agit Episcoporum & abbatum: ibi decernitur, quia malis partibus ad pontificatum ille peruenisset, retentionem esse loco: simul per legatos hoc Romam enuntiat: se Pontifex nihil eo commotus, & illum excommunicat, & Moguntinū, &

*Triectensem.*


Traiectionem, & Bambergensem episcopos in primis, quum antea quosdam eius familiares excommunicasset, quorum confiliis putabat eum ad eiusmodi res impelli. Porro, Germaniæ principes aliquot vehementer offensi moribus ingenioque Cæsaris, præsertim quod præter datam fidem Saxones odio tam obstinato persequeretur, coniurant in illum, eoque magis, quod ei sacris esset interdictum: ideoque captiuos dedititios, quorum ipsi custodiæ haberent ab Cæsare deinandatam, dimitunt, quod nulla fide se putarent ei deuinctos.

Eodem tempore, quidam ex nobilitate per Saxoniam concitatis aliis, & in suas partes adductis, castella passim extructa, partim vi & imperio, partim deditione capiunt, & præfidiarios dimitunt incolumes, iureiurando prius obstrictos, ne post in Saxoniam militarent. Eo cognito Cæsar, astuto quodam consilio, reliquos Principes captiuos vltro dimittit, vt in Saxoniam reuersi, fidelem operam ei præstarent in plectendis rebellibus: nec enim alia ratione facilius ad optatum finem se posse peruenire videbat, quam si factiones inter ipsos excitaret, & alteros ab alteris diuelleret. Sed non respondit euentus: nam domum illi reuersi, quod perspectum haberet eius ingenium, coniunctis animis & viribus, pro communi libertate sibi pugnandum iudicabant. idem quoque dux Otho fecit, illo deserto. Quamque bonæ spei plenus per Bohemiam Cæsar in agrum Misenum irruisset, Bohemicis copiis adiutus, certior factus de concordia Saxonum, & exercitu iam instructo, rebus desperatis abiit. Tunc demum Germaniæ principes, constituta die, maximo numero conueniunt: venit etiam eod legatus Papæ, & causis explicatis quamobrem esset excommunicatus, horrabatur eos vt alterum crearent, quod illi sua sponte facturi erant alioqui. Nam inde à teneris annis repetita Cæsaris vita, labem & dedecus, & opprobrium Imperii illum esse demonstrent: & quia grauissimis cladibus rempublicam affecerit, abrogandum ei magistratum esse decernunt. In his angustiis ille positus, deprecari cœpit per legatos, atque supplicare: post multam actionem hæc ei cōditio proponitur: Iudicio se sistat, & cognitioni subiiciat Papæ, quem Augustam euocaturi sint ad Calendas Februarias: absolutionem impetret illius ante diem anniuersarium excommunicationis: nisi faciat, tota causa ceciderit: copias dimittat: Spire priuatus interim viuat, parua cum familia: publicam rem nullam gerat: neque fasces vel imperii sibi sumat insignia, donec legitime sit decisa controuersia. Recipiat ille conditionem, & Spire dum esset, consilium init ad eundem Italiam, quò Papam sibi maturè placaret. Ingressus iter cum uxore & filiolo, per Burgundiam atque Sabaudiam, hyeme asperissima, nõ sine summa difficultate, vitæque periculo, vitæ

Cæsar excō-  
municatur &  
Pontifex

Coniuratio  
Saxonum

Papæ horra-  
tur Germani-  
a principi-  
pes vt Imper-  
atoris alteru-  
m creent.





dem in Italiam descendit, amanter exceptus à magnatibus & Episcopis eius regionis. quod animo in Pontificè irato illū eò venisse putarēt. Pontifex interim Germaniæ principum rogatu, susceperat iter, & progressus aliquotusque, de Cæsaris aduentu cognoscit. Itaque subsistit, vt eius rei causam intelligat. Cæsar deinde, missa legatione splendida, & in hac, sceminis aliquot illustribus, quas inter vna ferebatur obsequentior esse Papæ, de absolutione Pötificem orat: grauatè quidem ille primò, neque sibi licere quicquā in eo facere dicebat, nisi corā adfint accusatores. Post multam actionem expugnatus demum precibus, non abnuit. Cæsar autem, antequam in illius conspectum veniret, totum triduum permansit in arcis, vbi Pötifex erat, area & vestibulo, tenui simplicique cultu, depositis regiis insignibus, nudis pedibus, & ad vesperum vsque ieiunus. Quarto demum die admissus est: ibi tum has ei leges Papa proponit. Sifat se cognitioni suæ: respondeat accusationibus principum: conuictus ab imperio decedat: neque vindictam vlllo tempore moliat: Intererea viuat priuatus, neque publico nomine aliquid gerat: fidem etiam & iusturandum suis remittat: consiliarios & familiares ab se remoueat: siquid contrā faciat, nullum fore quod nūc ei deur beneficium, & Principibus futurum esse liberum, vt mox alium sibi deligant.

*Leges Casari oblata à Pontifice.*

*Quomodo se purget Pontifex à crimine.*

Has leges vbi probasset ille, Papa missificat: & vt de criminibus intentatis sese purgaret, panem azymum, quem corpus Domini vocāt, sumit, magnis imprecationibus caput salutemque suā deuotè, nisi cōficta sint, ab aduersariis omnia: deinde Cæsarem, si Principum criminationes obiectas, esse falsas, & iniuriā sibi fieri pure, hortatur vt idē ipse faciat, & alteram consecrati panis particulam sumat: quum autem ille excusaret, neque se commodè iam hoc posse facere doceret, nihil amplius vrgebat Papa, sed exceptum conuiuio perhumaniter dimisit. Ea re cognita, proceres Italiæ vehemēter offensi fuerunt, quòd tam fœdè tamque indignè se submisisset illi, qui pessimis artibus Papatum inuasisset, qui cædibus & adulteriis omnia polluisset. In ipso, qui iustitiæ sit patronus, & ara præsidiumque legum, omnē se ipse habuisse collocatā, & non solum excommunicationem contempsisse, verum etiam in eius gratiā acres cum Papa exercuisse inimicitias: nunc verò ipsum turpissimo planè ad omnem posteritatem exemplo grauem hanc & indelebilem inperio maculam inuisisse, cumque publico tã Ecclesiæ, quàm reipublicæ hoste in gratiam rediisse tãre & id genus alia multa iactabant, deque filiolo Cæsaris eligendo, Romamque traducendo, & deliciendo Pontifice cogitabant.

*Proceres Italia offenduntur quòd Casar sic se submisserit Pötifici tã vesario.*

*A passione discedit Casar.*

Cæsar eo cognito, nulla se ratione melius posse placare illos videbat, quàm si à passione discederet, & ipsis coniungere-

ter. Quod quum faceret, pontificis consilia planè turbauit, sic  
 et ille susceptum in Germaniã iter omittere cogeretur. Quod  
 ergo proximum erat, Germaniæ principibus, quid actum es-  
 set, per legatos nuntiat, utque reipublicæ prouideat, hortatur.  
 Fuit hoc anno supra millesimum septuagesimo se primo. Prin-  
 cipes ergo Rudolphum Saxonie ducem creant Cæsarem: eum  
 consecrat Moguntinus. In Germaniam autem reuertens Hen-  
 ricus, colligit copias. Idem facit Rudolphus, qui Saxonum au-  
 xilis potissimum nitebatur, & tertio conflictu grauius vulne-  
 ratus, non multo post è vita decessit. Henricus ab eavictoria  
 conuentus agit Brixia: sic decretum ab Episcopis, qui aderant  
 tam Italis quàm Germanis, Gregorium non esse legitimum  
 vrbis Romæ Episcopum. Itaque surrogatur in eius locum Ar-  
 chiepiscopus Rauennas, Victor iii. Eo facto decreto, Cæsar Ro-  
 mam contendit, Gregorium obsidet, fuga tandem dilapsum.  
 Victorem iii. confirmat, ab eoque consecratur. Gregorio mor-  
 mo, qui fuit alter ab eo Pontifex, Urbanus secundus, Gergo-  
 niæ, Aruernorum oppido, Claremontium vulgò vocant, vbi  
 conuentus erat multorum procerum, Philippo, eius nominis  
 primo, in Galliis regnante, bellum Saracenicum persequenti:  
 cuius deinde fuit Imperator, Godefridus Bulionius, qui feliciter  
 multa gessit, ac Hierosolimam recuperauit. Urbani suc-  
 cessor, Paschalis ii, infestus quoque Cæsari fuit. Profecturus  
 igitur eius rei causa in Italiam, filium sibi successorem Cæsar  
 designat. Is autem extimulatus ab aliis, & obliuis officii, quod  
 natura nobis insitum est, in summas angustias parentem conie-  
 cit, & abdicare se magistratu coegit, quum & Papam & pleros-  
 que Germaniæ Principes haberet sui consilii factique socios.  
 Itaque Cæsar factus est, eius nominis quintus, patre Leodii post  
 mortuo in ærumnis.

Aliquot post annis in Italiam vadit ingenti cum exercitu,  
 vt dissidium quod erat inter reipublicam imperii & Pontifi-  
 catum, componeret, & ferro patefacta sibi via, Romam demum  
 venit. Cæterum, inde à Constantino, Cæsares conferebant ho-  
 nores ac dignitates Ecclesiasticas: id autem ægrè tandem tulerunt  
 Pontifices, opibus amplificati, quasi rem indignam, eaque de  
 causa pleræque similitates omnes inter ipsos exarserunt. Hic er-  
 go Cæsar, quum ius atque potestatem suam vrgeret, magnus est  
 Romæ natus tumultus, ita quidem, vt excitatus noctu Cæsar,  
 subuenire suis, qui passim exdebantur in vrbe, cogereetur. Pro-  
 fligatis autem factiosis, Paschale ii. capit, neque prius quam si-  
 bi factum esset satis, dimisit, sancto foedere: sed reuerso in Ger-  
 maniam Cæsare, Pontifex à pacto discedit, quod sanctissimis ver-  
 bis iurauerat, & Cæsarem excommunicat. Ea res multos Ger-  
 manix Principes ad rebellionem comouit, & in his præci-

*Cæsar alter  
 creatur.*

*Duo Cæsa-  
 res consi-  
 gunt.*

*Fuga sibi co-  
 siliis ponti-  
 fex.*

*Filius erga pa-  
 trem impi-  
 tas.*

*Conferebat  
 Imperiales  
 a Constanti-  
 no dignita-  
 tes eccles-  
 iasticas.*

*Pontifex co-  
 pular.  
 Pontifex per-  
 iuratus rep-  
 Cæsarem ex-  
 com. 45.*

què Moguntinum. Cæsar in Italiam profectus, legatos ad Pontificem mittit de pace, sed inter agendum moritur Pontifex: ei succedit Gelasius ii. Cæsar, quòd de electione non esset interpellatus, Romam venit, & alium constituit. Gelasius eiectus, Cæsarem & Papam ab eo constitutum excommunicat: quàmque per Germaniam eius legitimi defectionem suaderent, ac Principes idcirco còuenissent, domum redire Cæsar coactus est, sed interea mortuo Gelasio, Romani Calixtum ii. eligunt. Is loco deturbat eum, quem odio Gelasii Cæsar creauerat, & intercedentibus nonnullis, cum Cæsare transigit.

*Papa & Cæsar excommunicantur.*

*Lotharius Saxo imperator.*

*Anacletus Innocentius cedit & conuictus.*

*Ius ciuile in lucem reuocatum.*

Henrico v. succedit Lotharius, eius nominis tertius. è Saxonia ducum familia. Hunc Sueuiæ dux Conradus oppugnabat, indignè ferens ad Saxones rediisse rerum summâ. & in Italiam profectus, occupandi regni causa, quàm interim Lotharius Germaniam teneret, destitutus auxiliis, domum rediit, pacemque cum Cæsare fecit. Erat tum Romæ Põtifex Innocentius ii. huic aduersabatur Anacletus: & quoniã ampla natus erat familia, cedere sinit coactus Innocentius: verùm implorato Cæsaris auxilio, restitutus est in Germaniam reuersus, & ibi rebus compositis, in Italiam redit Cæsar ingenti cum exercitu: ciuitates aliquot rebellantes domat, & in his Anconâ atque Spoletum. Sicilia regem Rogeriũ ex Apulia & Campania profugiat, & inde à Carolo magno vix alius maiora per Italiam egisse fertur.

In lucem quoque tunc reuocatum fuisse traditur, bellorum cõpensationibus oppressum ius ciuile, quod Iustiniani Cæsaris mædatu conseruatum esse diximus. Bauiarum dux tum erat, Henricus cognomento Superbus, & idem Saxoniam dux per matrimonium, quòd Lotharii Cæsaris esset gener. Is Imperiũ affectâs, & multa molitus in Cæsarem, proscriptus fuit, eiusque possessiones aliis concessit. Henricus autem recuperata Saxonia, quàm in Bauiariam cõtenderet, mortuus est, relicto filio: in cuius gratiam Saxones rebellabant Cæsari, nec id modo, verùm etiam Welfo Henrici mortui frater, armis sibi vendicabat Bauiariam, eiecto Lupoldo, cui Cæsar eam prouinciam dederat.

Paulò antè diximus quemadmodum regem Sicilia Rogerium Cæsar eiecit: quum autem ad hunc modum tumultuaretur Germania, Rogerius occasionem nactus, inuasit Siciliam, & Cæsaris Præfectum exturbat: deinde Welfonẽ magnis instigat pollicitationibus, vt pergat facessere negotium Cæsari. Facit idem Hungarum rex, & ipse Cæsarem metuens. Tandem, quum in Italiam proficisci cogitaret, rebus omnibus instructis, Bambergæ mortuus est, & successorem habuit Conradum, Sueuiæ ducem, qui profectus in Saracenos, & amisso exercitu domum reuersus, vitam finiit.

*Conradus Cæsar.*

Successit ei fratris filius, Fridericus AEnobarbus, Sueuiæ dux,

dux, eius nominis primus, heroici vir ingenii. Is initio regni *Fridericus.*  
 Principes Germaniæ pacavit, & dissidium illud quod erat de  
 Saxonia Bauariæque, sustulit, post magno cum exercitu Italiã  
 adit. Veronenses, à quibus erat contemptus, multat: & exem-  
 pli causa, primis aliquot laqueo gulam frangit. Circa Placen-  
 tiam excubias sibi fieri iubet, à Principibus omnibus, Imperii  
 beneficiariis Mediolanũ obsidet, Astam diruit, Dertonam com-  
 planat: Romã profectus, consecratur ab Adriano III. Cives tu-  
 muluantes opprimit, Spoletum euerit, vastamque eadẽ facit,  
 Langobardos domat, & superatis insidiis, quas Veronenses ei  
 collocauerant, in Germaniam redit, Palatinũ Principem, qui se  
 absente turbas excitauerat, ignominiosẽ multat, *Bohemie du-*  
*cem cõstituit regem.* Interea Mediolanenses multa superbe sa-  
 ciebat in vicinos, & Dertonã à Cæsare dirutã restaurabant. Ita-  
 que cum ingenti exercitu reuersus, Mediolanũ expugnat, adiu-  
 tus à Cremonensibus, à Papians, & Nouarians: capta vrbe, par-  
 ticum est multitudini, Principũ Germaniæ intercessu, quibus  
 illi supplicauerant. Langobardia tota in suam potestatem re-  
 ducta, legibũsque constituta ciuitate, discedit ad alios ibi popu-  
 los. Post eius abitum illi rebellant, leges præfixas cõtemnunt,  
 munitiones ab eo factas demoliuntur. Rursus igitur eò profec-  
 tus, agrum totum populatur, & quicquid ipsorum ditionis e-  
 rat, euerit. Interea graues sunt aduersus illum per Italiã con-  
 spirationes: in suis etiam erat is, quem diximus. Adriano Pa-  
 pa, qui quũ planẽ statuisset eum excommunicare, mortuus est.  
 In Italiã tertio profectus Cæsar, Mediolanum funditus euer-  
 tit, rebellioris auctores capite multat, reliquam multitudi-  
 nem in exilium ire cogit, & Romam obsidens, magnam exerci-  
 tũ partem ex morbi contagione desiderauit. Soluta igitur ob-  
 sidione, & per Hetruriam collocatis præfidiis, Spoleti, Anco-  
 nã, Rauennã, constitutis pro suo arbitratu, qui rempublicam  
 gererent, in Germaniam redit.

Adriano Põtifice mortuo, duo de Principatu cõtendebant, *Antipapa.*  
 absente Cæsare, Victor & Alexander III. In Victorẽ Cæsar qui-  
 dem magis inclinabat: sed Alexander, cõpetitorem, post etiam,  
 augefcente dissidio, Cæsarem excommunicat. Fam occasionem  
 conspicati Mediolanenses, rebellionẽ faciunt, Cæsarique Præ-  
 fectos in multis Italiæ locis ciiciunt, quosdam etiam in laqueo  
 suspendunt. Regressus igitur in Italiã, dubio Marte, cum illis  
 cõfligit: Põtifex belli socius profugit Venetias. Facta demum  
 pace per inducias, in Asiam profectus aduersum Christianã reli-  
 gionis hostes, & oppressus impetu fluminis, in quod lauandi  
 causa sese demiserat, periit.

Su. cessor ei fuit filius Hæricus, eius nominis sextus. Is mor-  
 tuo Siciliæ rege, Gulichino, Rogerii filio, qui in Italiã secun-

*Tertia con-  
 tra Cæsarem  
 in diuisione  
 sua rebellio.*

*Ad Ianua  
 Põnt. fex.  
 Mediolanũ  
 totũ capto.*

*Antipapa.*

*Quarta re-  
 bellio Me-  
 diolanensium.*

*Belli socius  
 Põtifex.*

venisset, Apulia & Calabria deuictis, Neapoli quoque capta; Siciliam domat, magnis ibi relictis praefidiis, propter mobile gentis ingenium: deinde Rauennæ & Anconæ, perque Apuliam & Hetruriam optimates constituit: quum deinde filium suum Fridericum, adhuc infantem, Imperii successorem designasset, de voluntate Germaniæ principum, in Siciliam profectus, vitam finit. Et quoniam ætate puer erat Fridericus filius, vt dictum est, plerique omnes Philippum eius patrum suscipiendum iudicabant: sed vehementissimè Romanus Pontifex obstabat, Innocentius iii. Diuisis autem principū animis, quum hi Philippum, alii verò Saxoniz ducem Othonem crearent, magnus ex ea re motus fuit exortus, præsertim ad orā Rheni. Philippus verò, partim armis, partim humanitate summa deduxit aduersarios ad officium: ac deinde pacem cum Pontifice quoque fecit, quem expertus erat infestissimum.

Occisus deinde in cubiculo, successorem habuit eū, de quo diximus, Othonem Saxoniz ducem, qui in Pontificis odium incurrit, quem prius habuerat amicissimum. Tandem etiam excommunicatus est ab illo, ideoque habitis comitiis, Principes electores à Pontifice sollicitati vt alium crearet, Henrici sexti filium, Siciliz regem, Fridericum, cui fidem dederant adhuc infanti, vt paulò supra diximus, euocāt è Sicilia. Occurrit quidem illi Cæsar Otho cum exercitū ad Rhenū, vt transitū prohiberet: sed eiectus, & in Saxoniam reuersus, mœore, vt creditur, interit. Atque ita Fridericus est factus Cæsar, eius nominis ii, Friderici AEnobarbi Cæsaris è filio nepos.

Innocentius iii. de quo dictum est antè, concilium habuit Romæ, Lateranense vocant: ibi decretū inter alia fuit, vt christum siml & eucharistia, quam ducunt hostiam, sub clauī seruentur: vt quotannis priuata fiat confessio peccatorū: vt electio facta per civilem magistratum in sacris beneficiis, vim nullā habeat: ne, qui sunt ordinis Ecclesiastici, fidelitatem iis qui laici dicuntur, sine causa promittant: ne constitutiones Principum Ecclesiis præiudicent: vt ab omni contributione sint immunes Ecclesiastici: ne tributa soluantur ante decumas: ne diuorum reliquæ monstrentur extra capsulam.

Adhuc, graue tum erat inter Græcos atque Latinos dissidium: nam super quibus aris Latini missificassent, eas contrectare Græci volebant, nisi prius lauissent eas & expiassent, deinde baptizatos à Latinis rebaptizabant. Fit ergo decretum, vt ad Ecclesiā Romanā, matrem suam, reuertantur, quod scilicet ouile sit vnum & vnus Pastor: nisi pareant, excommunicati priuantur ordine. Romā profectus Fridericus, ab Honorio iii. cōsecratur. Qui passim erāt per Italiam rebelles, domat, quosdā autem proseribit. Ex iis nonnulli Roman confugiunt, & Pontifici

Excommunicatus  
causa imp-  
14167.

Lateranen-  
se concilium  
Decretum  
concilii vel  
de papisti-  
tione.

Dissidium  
Græcorū &  
Latinorum.

Decretū in  
favore Ro-  
mani passi-  
tatis.

efficis opem implorāt. Ea res maximi diffidii dedit occasionem: nam suos aduersarios habere ibi portum atque domicilium, Cæsar molestissimè tulit.

Gliscente odio, filium suum Henricum, de consilio principum designat Imperii successorem, & Principes Cremonam euocat ad cōuentū: sed quum aditu prohiberentur fractione Pontificis & Langobardorum, in Apuliam Cæsar reuertit: & aliquanto post moritur Pōtifex, ei que succedit Gregorius ix. qui Cæsařem excommunicat, quòd professionem in Turcas, cui se se voto astrinxisset, non susciperet. Cæsar deprecatus offensionem, se seque purgans, quū nihil proficeret, Romā petit, Pontificem deiicit, eiusque socios grauitè mulctat, & altero indito Rauennæ conuentu, impeditur a Pontifice profugo, qui passim ei multos excirauerat aduersarios. Mortua demum vxore, Cæsar, vt promissā præstaret, ac reipublicæ cōsuleret, professionem in Asiam suscipit: per ipsius absentiam verò, Pontifex bellum facit, & Apuliā occupat. Re fœliciter gesta, muli que locis recuperatis & in his, Hierosolyma, certior factus de Italia statu, Cæsar, pactis que cum hoste decem annorū inducias, redit cum exercitu, suā que facilè recuperat. Pōtifex nouo fœdere se communit Italiae procerum, quos Cæsar mulctauerat, ac deinde rursus eum excommunicat, quòd cum hoste pepigisset. Cæsar, quietis amans, per legatos agit de pace, quā vix demum impetrauit, ac in Germaniam idcirco redit.

Pontifex autem, quum naturam mutare non posset, vastato Viterbio, Cæsařem rursus excommunicat. Ea re commotus vehementissimè Cæsar, fremens & iratus, in Italiā redit: per Hebruriam, per Umbriam, per Langobardiam, per oram Paduanam mulctat omnes rebelles. Pontifex idcirco ingeminat excommunicationem, & Venetos fœdere sibi coniungit. Cæsar per Italiam grassatus, & plerisque omnibus ad officium reductis, Romam obsidet: neque multo post moritur Gregorius pontifex, quum Rauennam suos euocasset ad concilium, quò tamē illi, viis omnibus obsessis à Cæsaře, peruenire non poterāt: quidam etiam capti fuerunt. Hic ille est, qui decretales, vt vocāt, epistolas confarcinauit, magnam iuris Pontificij partem, plurimis onustam commentariis. Quia quidem in re mirum videri possit, esse homines, qui tantum elaborare velint, vt ea, quæ parum aptè, perperam etiam & minus prudenter atque piè, sed & ridiculè dicta sunt, tanquam oraculum aliquot mordicus arripiant, & in iis interpretandis, enucleandis, vestrendis, omnem operam & ætatem cōsumant, quasi eò conducti essent, vt alienam stulticiam & errorem, vigiliis & labore suo maximo defendant, & in alterius impudentia, sui pudoris existimationem amittant.

Excommunicatio Cæsaris.

Pontifex Romanus bellum facit.

Secunda excommunicatio Cæsaris.

Tertio excommunicatio Cæsaris à Pontifice.

Quarta excommunicatio Cæsaris.

Decretalia confarcinatio.

*Gratiani  
decretum  
quid consi-  
neat.*

*A nemine  
Papa potest  
iudicari.*

Illud, quod Gratiani decretum vocat, diuersis locis habet inter alia, sequendam omnibus esse regulam Ecclesie Romanæ, quæ sit beati Petri sedes: non licere concilium habere, nisi permittente Romano pontifice: leges Ecclesie Romanæ seruandas esse, tanquam ipsius Petri voce pronuntiatas: quod Ecclesia Romana ingu imponit, etiam si tolerabile non sit, esse perferendum: Ecclesie ministros debere castitatē promittere, ne videlicet ducant vxores: ei qui non habet vxorē, licere concubinā habere: Papam in suo munere negligentē & remissum, nocere quidem, tum sibi tum aliis, veruntamen à nemine posse iudicari, quod omnes ipse iudicet: Imperatorem debere subesse Papæ non præesse: reliquos omnes mortales, ab hominibus iudicari, Papā verò, Petri successorem, à solo Deo: Papæ licere populum eximere à fide & iuramentis, quo Principi suo tenentur. In Gregorii decretalibus epistolis, & Sexto Bonifacii, & Clementinis, & Extrauagantibus, vti vocant, est inter cætera, decretis conciliorum auctoritatem Papæ non subiici. Pontificis esse Cæsarem electum approbare, vel minus idoneum reicere: duo præesse mundo luminaria magna, solem atque lunā: solis loco Papam esse, Cæsarem verò lunæ: de adulterio & aliis criminibus, quod minora sint, Episcopis licere cum iis qui deliquerunt agere remissius: de Ecclesie Romanæ priuilegiis Papam solum cognoscere: excommunicatorum ossa, iam sepulta, debere exhumari & proici: Papæ licere Imperatorem remouere loco & magistratu: Cæsarem teneri vt hinc & fidelitatem Pötifici præster per iurandum; Ecclesiasticos oportere solutos ac liberos esse ab omni sumptu, molestia, munere: post mortem posse aliquem declarari hæreticum, eiusque bona publicari: filios hæreticorum, ad præfecturam vllam civilem, aut sacram, nõ debere admitti: ad salutem esse necessarium, vt omnes homines Pontifici Romano subint. Hæc paucula, ex ingenti aceruo desumpta, cuiusmodi sint, nemo sanæ mentis est qui non videat. Lex est, vt eam definiunt homines doctissimi, ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ faciendæ sunt, prohibet quæ contrariæ. Lex autem omnis ad cõmunem vtilitatem refertur, & legislator sic erga multitudinem atque rempublicam affectus esse debet, vt pater suos erga liberos: quid autem in iis quæ dicta sunt, simile apparet? Ea verò non excusare tantum, sed etiam vestire, & ornare, & illustrare nouis commentationibus, & quiduis dicere potius quàm pati dignitatem illorum imminui, quæso, cuius hoc est imprudentiæ, ne quid grauius dicam? Si fastus, & auaritia, & dominandi cupiditas, & literarum incititia persuasit illis vt eiusmodi facerent decreta, si sententiis ipsa variant, nec alii volunt aliorum astringi legibus, quod pari sint potestate præditi, quæso, cur te maceras vt distorta & repugnantia cõponas & concia-

*Causa decre-  
torum.*

& concilios? Omitto pelagus, illud aut sentinam verius, eam videlicet iuris Papiſtici partem, quæ beneficiorum, vti vocant, & bonorum ſacrorum nundinationem continet. Quis enim fraudes atque technas enumerare poſſit? ne ipſi quidem, qui plurimis annis in eo mercaturæ genere verſati ſunt, ſatis etiam omnes intelligunt aut norunt, quando nouæ ſemper excogitantur. Sed hoc argumentum & tempus aliud & librum ſingularem poſciti nunc ad propositum redeamus.

Vt Fridericus Cæſar, ita Galliæ quoque rex, Ludouicus eius nominis nonus, in Syriam & Aegyptum cum exercitu penetravit, & poſt in obſidione Tunetæ vr̄bis vitâ finiit, anno ſalutis M. C. C. L. X. X. Eo regnante, Gulielmus Episcopus Parisinus quæſtionem propoſuit de beneficiis Eccleſiaſticis. Re palam diſceptata, vicit ea ſententia, non eſſe fas cuiquam habere plus vno. Sed eiufmodi decreta ſatis eſt recitaſſe tantum atque ſcripiſſe. Gregorio ſucceſſit Innocentius iiii. ad quem velut hæreditaria ſucceſſione, venit odium Cæſaris. Itaque Lugdunæ concilio, Cæſarem euocat, non venientem excommunicat, dignitate priuat, hortatur Germaniæ Principes vt alium eligant & hoc quidē eius decretū eſt inter alia typis excuſum, quemadmodū & Cæſaris quædā extant ad diuerſos reges epiſtolæ, quibus & Pontificū iniquitatem, & ſuam prolixè demonſtrat innocentiam. Decreuerat Cæſar proficere Lugdunum, & periclitari fortunā, ſed orta denuò rebellione per Italiam, vires omnes eò conuertit: & quam minus ſœliciter res gereretur, in Apuliam reuerſus, cœpit languere, æ demum mortuus eſt. Alii periſſe veneno, alii ſtrangulatam fuiſſe dicunt à filio ſuo notho, Manfredo, qui Italiam poſt inuaſit.

Erat tunc magni nominis Azo Iurecōſultus, quem deinde ſecuta fuit ingens illa ſcriptorū turba, qui violato Iuſtiniani Cæſaris edicto, graui quidē illo atque ſeuero, mundū refererunt innumerabilibus libris, vnde nunc petenda ſunt ea quæ veteres illi copioſiſſimè doctiſſimèque tractarant. Nam aliorū alii ſcrinia cōpilant: neque ſcribendi ſinis eſt vilius aut modus, & opinionibus contrariis omnia redundant, vt propriè locū hic habeat quod ſenex ille dicit, quū treis de iure conſuluiffet: Feciſtis probè, incertior multò ſum quàm quidam. Omitto technas, quæ plures quotidie excogitantur. Plane enim hic accidit quod Comicus inquit, vt in aſtu veniat aliud ex alio malū. Præclare multa legibus eſſe conſtituta, ſed ea iureconſultorū ingeniis pleraque corrumpi Cicero queritur atque deprauari. Quid ſi nunc viueret, & pyramides illas librorū, & praxim noſtram, & ſacrarium illud legum tam ſœdè pollutū, miſereque contaminatum eſſe videret? Quanquam ſanè, ſicut alias artes omnes in lucē Deus hac noſtra memoria reduxit, ita quoque

*Ius canonicum, ſententiæ malorum.*

*Ludouicus rex Gallorū. Episcopus Parisienſis.*

*Concilium Lugdunēſe.*

*Decretum quo excommunicatur & priuatur Imperio Cæſar.*

*Azo Iurecōſultus.*

*Mos Inſiſſe victoria.*



multos excitavit, qui bonarum literarum instructi præsidio, non poenitentiam operam in hac etiam parte. collocant, ut rem videlicet pulcherrimam, hominumque societati planè necessariam, imò donum cæleste, depromptum & haustum ex mediis philosophiæ fontibus, nitore suo restituant & æquitati. Qui quidem ipsorum conatus, publicam, non modò laudationem, sed remunerationem quoque meretur.

*Interregnum.*

Ab eius morte per annos xxii. ferè fuit interregnum, quum subinde alii & alii eligerentur, qui tamen in ea temporù perturbatione summam rei non tenebant. Interea regnum Neapolitanum à familia Friderici Cæsaris in potestatem Gallorù devenit, ac post etiam Sicilia. Nam Gallicis armis tum nitebatur Pontifices: quâquam deinde gravissima bella super his regnis orta sunt inter Arragoniam & Andegavensem Gallicam familiam: verum hæc non sunt huius loci. Quum in eo statu fluctuasset tot annis respublica, sicut dictum est, Rudolphus Habsburgius creatur Cæsar. Is initio regni, motus, qui passim erant per Germaniam, cõponit: inde cõventibus aliquot actis, Bohemiæ regem Ottacarum rebellantem inuadit, & ad pacis cõditiones cogit: quas tamen ille, suæ conjugis impulsu, non multo post violat, & in Austria secundò congressus, in prælio interficitur. Rudolphum adiuvabat Ungariæ rex Ladislaus Chunus. Pace demum facta cum Bohemis, per matrimonia, Cæsar filio suo Alberto Austriam dedit, quam multis annis Bohemiæ rex possederat.

Impeditus autem variis Germaniæ negotiis, non est in Italiam Cæsar profectus: quanquam alioqui non multum huc inclinabat: & per iocum fertur aliquando narrasse fabulam de vulpe, quæ leonem simulatè ægrotantem quodam in specu, non adibat, quòd vestigiis aliorum animantium terretur, ex quibus nulla rediissent. Præfectum tamen in Italia cõstituit, ac velut Imperii vicarium: deinde Flaminiam & Exarchatum, de quo non semel diximus, Ecclesiæ Romanæ cõfirmasse traditur, quum tenuis admodum fructus ex iis locis ad ipsum rediret. Perpetuis enim simultatibus & Papatum inimicitiiis defatigati Cæsares, facti sunt paulatim remissiores. Nec enim prius acquieverunt Pontifices, quàm illos extra fines Italiæ submovissent: & quia regum Galliæ præsidii ferè nitebantur, ac per Episcopos Germaniæ factiones alebant, effecerunt tandem, quod primum animo concupiuerant.

Hic verò memoria repetendum est quæ sit facta rerum vicissitudo, quando illi, qui beneficio Cæsarum incolumes fuerunt, vitamque tolerarunt, & locum suum atque dignitatem retinuerunt. amplificati bonis illorum atque munificentia, dominatum sibi sumpserunt in eos, & patrimonio quoque fraudarunt. Non solùm enim Italiæ bonam partem occupant, sed

Sicilix quoque reges atque Neapolis arctè sibi deuinxerunt. Nam hi & tributum illis annuū dependunt, & dignitatem Imperatoriam suscipere prohibentur, nisi permissa illorum, & quā in possessionem ab eis mittuntur, hoc ipsum iurant inter alia. In Rudolphi tempus incidit illa memorabilis Gallorum clades per Siciliam. Quum enim insulam hanc tenerent, & more militari multa facerent insolenter atque libidinose, per occultam coniurationem dato signo, passim trucidati fuerunt omnes, quum ad preces vespertinas campanæ impellerentur. Facinus hoc vulgò vocant vesperas Siculas. Fuit hoc anno M. C. C. LXXXI, die Pâchatis. Accepta pecunia, Rudolphus, Italix ciuitates multas, quæ ditionis erant Imperii, liberis & immunes fecit, Bononienses, Florentinos, Genuates, Lucenses, & alios. Conuocatis deinde Francofurtum principibus, filium suū Albertum designari sibi successorem frustra petebat.

*Clades Gal-  
lorum.*

Mortuo successit Adolphus familix Nassouicæ, qui non multò post inimicitias exercere cœpit cum Alberto Austriæ duce. Quumque suis moribus Germaniæ principes admodū offenderet, ac ipsum quoque Moguntinum, cuius opera factus erat Cæsar, loco remouetur, & eligitur Albertus Austriæ dux, Rudolphi filius. qui contractis copiis, & adiutus à Principibus, Adolphum petit, & commisso prælio, in agro Spirensi, Adolphus ab Alberto grauissimè sauciatus, à reliqua multitudine post interficitur. Post eam victoriam Albertus, confirmandi sui causa, ne quis priorem electionem esse vitiosam diceret, solenniter creari Cæsar petiit. Ea re perfecta, Bonifacius octauus Pontifex reclamabat, neque ratū habere voluit quod reliqui Principes fecissent. Quum autem aliquantò post grauissimum esset natum dissidium inter ipsum, & Philippum Pulchrum, Gallix regem, approbavit Albertum, in eiusque familix laudem multa dicebat. Albertus demum à suis propinquis interfectus est, quum rebus omnibus instructus, iter suscepisset, vt Bohemis filium suum Fridericum obruderet regem. Bonifacius hic Gregorii noni decretalibus epistolis, quæ libris quinque continentur, alterum volumē adiecit, quod sextum vocat. Inter alia stetit licere Pontifici, abdicare se Papatu. Nam ipse non bonis artibus illud Cœlestino V. cui successit, persuasisse scribitur.

*Bonifacius  
Imperatoris  
e' electione non  
probat.*

Ab Alberto fit Cæsar. Henricus eius nominis septimus, è familia Luceburgica. Is, filio suo Ioanne per matrimonium facto Bohemiæ rege, proficiscitur in Italiam, cuius quædam status tunc erat miserimus. Nam inde à morte Friderici II Cæsaris, per annos circiter LVII, neglecta fuit à nostris Imperatoribus Italia, quò factū est, vt variè dilaceraretur ab his qui potiores erant. Præsertim à Guelphis & Gibelinis, quæ dux fa-

*Quinque li-  
bri decreta-  
lium.*

*Guelphi &  
Gibellini.*

per Langobardiam præfectos constituit oppidis ac municipiis, & iureiurando sibi populos astringit: deinde Mediolani cōmōratus aliquandiu, frustra conatur eas, de quibus modò dixi, factiones conciliare: quinque eius vrbs præfectus, Turrianus, illum ex improviso cogitaret opprimere, patefacta coniuratione, & repulsis aduersariis, Viccomiti præfecturam vrbs committit. Quæ sunt eius regionis vrbes omnes, illius fidei se permittebant, atque potestati: sola Brixia rebellabat, quam longa captam obsidione, mœnibus nudauit. Inde per Genuum profectus, & Pisis factò itinere, Romam venit, coronatus ab aliquot Cardinalibus, quoniam Pontifex Romanus Clemens V. vrbe relicta, migrauerat in Galliam, & Auenione habitabat.

*Auenio se-  
des Paparū  
fallia.*

Quum ab eo iusiurandum exigerent Cardinales, quod Pontifici præstandum esse dicerēt, ille recusabat, neque tale voluit esse, quo Papæ deninciretur. Ea re cognita, Pontifex, augendæ potentix causâ, formulam illam generalem iusiurandi latissimè post explicauit, & reliquis decretis, quæ nunc extant, inseruit. Nam ipse quoque leges multas composuit, quæ nomen ab eo retinent, & Clementinæ dicuntur. Ad hoc tempus, illi, qui Templarij vocantur, quorum ingentes erant opes, eodem impetu, diuersis locis trucidati fuerunt & extincti. Gallix rex, Philippus Pulcher, magnam facultatum ipsorum partem, permissu Pontificis occupauit. Damnatum deinde fuit nomen eorum atque memoria: & in concilio Viennensi, quod per Galliam erat, ipsorum possessiones attributæ fuerunt iis qui Rhodii dicuntur equites. Hoc etiam tempore, Philippi regis & Papæ Clementis auctoritate fuit Aurelianensis academia cōstituta. Mor-

*Clementina  
Pontificum.  
Templarij  
trucidantur*

*Concilium  
Viennense.  
Rhodij equi-  
tes.*

*Academia  
Aurelian.  
cōstituta.*

tuo tandem Henrico, non absque grauissima veneni suspicione, sepultoque Pisis, acerrimæ contentiones ortæ sunt in Germania super electione. Nam de principatu contendebant Fridericus Austriæ dux, Alberti Cæsaris filius, & Ludouicus Baurariæ dux. Ludouicum Aquisgrani Moguntinus episcopus, Fridericū verò, Bonnæ, Colonienfis inaugurabat. Ioannes autem XXI, Pontifex Romanus vtrūque salutabat Cæsarem: in Fridericum tamen propensior. Quæ quidem res magis etiam simultatē incendit. Collectis vtrinque copiis, magna vi dimicatur ad Estingam, Sueuix oppidum, sed æquo ferè Marte, deinde rursus maioris petu in Bauaria: quo quidem in prælio captus est Fridericus, bona suorum militum parte desiderata. Dimissus tandem, domūque reuersus, aliquot post annis moritur.

Ludouicus ergo rerum potitus: Italiam cum exercitu petit, quanuis inuito Pontifice: municipiis & oppidis passim constituit præfectos: deinde Mediolani coronatur ab archiepiscopo, & missis Auenionem legatis ad Papam, semel atque iterum, de solenni inauguratione, quum non impetraret, Romā proficiscitur, vrbe

tur, vbi Mediolani res constituisset. Magna cum gratulatione exceptus Romæ, coronatus est, ab vno & altero Cardinali. Quinque Pontifex ingeminaret excommunicationem, ille de consilio procerum Papam alterum creat. Ad hunc modum flagrabat odium inter eos longè vehementissimū, & intercedebant grauissimæ varinque criminationes. Annales Gallix tradūt Carolum Pulchrum, regem, Philippi filium, omnium primū Ioanni Papæ decimas in Galliis permisisse bonorum sacerorum, & prædam inter ipsos fuisse diuisam: Pontificem autem hoc sollicitasse potissimum, vt in Cæsarem ei pecunia suppeteret.

In Germaniã reuerso Cæsare, moritur Papa: successor eius Benedictus XII. Cæsare & ipse excōmunicat, & dignitate priuat. Francofurtum ergo cōuocatis principibus, graui habita oratione, Cæsare de Pōnificum iniuriis queritur, fidei suæ ratione exponit, vetustas Imperii leges profert & explicat: simul ostendit quàm nihil ad episcopū Romanū pertineat Imperii respublica: nam qui de voluntate principū sit electus, eum esse reuera Cæsare, etiamsi nullus interueniat Pontificis vel assensus vel consecratio: totum enim istud, quondam esse ceremoniam, quæ paulatim irrepsit, & nunc nimium aucta sit, non absque magno Imperii, tum & dedecore, tum detrimento.

Mortuo demum Benedicto, succedit Clemens VII, qui longè fuit omnium violentissimus, & conditiones proponit vehementer ignominiosas: iisque repudiatis acerbior multò factus, grauissimè monet principes vt alterū eligant, eiusque rei tempus etiam præfinit: nisi faciant, se daturū operā, ne diutius Ecclesia patrono careat & aduocato. Fluctuante ad hunc modum, republica, quum interea mortē obiret Ludouicus, eligitur Bohemiæ rex, Carolus, Ioannis filius, Henrici septimi nepos.

Paulò antè hoc tempus maximi belli nata fuit inter Gallos & Anglos occasio. Quum enim Carolus Pulcher, Gallix rex, non relictis liberis maribus, è vita decederet, quod fuit anno M. CCC. X XVII. Eduardus Angliæ rex, eius nominis tertius, quod esset Caroli sōroris Isabelæ filius, regnū sibi deberi contēdebat: proceres autē Gallix, qui dicuntur Pares, ad Philippum Valesium, mortui regis Caroli patrualem, rei summā deferunt, excluso non solum Eduardo, sōroris filio, sed etiam regis filia posthuma, quod eius regni hæreditatem ad filias minime pertinere dicerent. Hinc bellum grauissimum, quod ne nūquidem est consopitum. Carolus eius nominis quartus, Cæsare, initium habuit regni turbulentū. Delata fuit etiā summa rerū Eduardo Angliæ regi: verū, is impeditus bello Gallico, recusasse traditur. Post varias deinde similitates in Germania sedatas, Carolus in Italiã proficiscitur, deque consensu Papæ Innocēti VI, qui in Galliis erat, Romæ coronatus ab aliquot Car-

Antipapæ

Excommunicatur Cæsare

Clemens VII Pontifex



in alibus, ea lege, ne vel Romæ, vel in Italia diutius hæretet,  
 Mediolanum redit, & familiæ Vicecomitum, qui tunc Medio-  
 lani multum poterant, concessit, ut per Langobardiam essent  
*Cæsaris vi-* *Cæsaris perpetui vicarii: cuius quidem beneficii causa, ingentē*  
*carz.* *pecuniæ vim ab illis accepit, nec ab iis modò, verùm ab aliis*  
*Bulla aurea* *etiam populis, quibus aliquid esset largitus. Quæ sanè res Im-*  
*perii vires, ea quidem in regione, plurimum enervauit. Ex Ita-*  
*lia postquam redit, conuentus egit Principum, & decretum il-*  
*ud Imperii fecit, quod bullâ auream vulgò vocant: postremò,*  
*filium suum Wenceslaum, Imperii successorem designauit, quod*  
*magnis largitionibus vix tandè in obtinuisse scribitur: neque*  
*multò post mortuus est. Ipso rempublicam gerente, Galliarum rex*  
*Ioannes, Philippi Valesii filius, commisso prælio cum Anglis,*  
*qui tunc bonam Aquitaniam partem & urbem Burdegalam te-*  
*nebant, captus non procul à Pictauio fuit, cum natu minimo fi-*  
*lio Philippo, qui postea Burgundiæ dux fuit, cognomento For-*  
*eis, vel audax. In eo prælio, ex prima nobilitate complures oc-*  
*cubuerunt. Annalium scriptores tradunt, Anglos fuisse non su-*  
*pra septem millia, quum Galli maximis copiis eò venissent,*  
*ad sexaginta circiter millia. Fuit hoc anno MCCC.LVI, duo-*  
*decimo calendas Octobris. Deductus in Angliam rex captiuus,*  
*anno septimo, post, vitam ibi finit.*

*Rex Gallorū*  
*præda fuit*  
*Anglorum.*

Wenceslaus, natura & educatione & vitæ genere admodum  
 vitiosus, ut quidem de illo proditum est literis, planè rempubli-  
 cam neglexit. Accepit pecunia, Ioannem Galcatium, ex Vice-  
 comitum familia, Mediolani ducem & Insubriam constituit, homi-  
 nem avarum & crudelem. Eo regnante, Jagello, dux Litua-  
 niæ, post mortem Ludouici regis, creatur Poloniæ rex, de vo-  
 luntate procerum: eius, qui nunc ibi rerum potitur, Sigismun-  
 di I I. proauus, tunc primùm sacro fonte initiatus, & vocatus  
 Vladislauus. Ungariæ rex autè Sigismundus, prælio victus fuit  
 à Baiazere Turcarum Imperatore, ad Nicopolim tertio Calen-  
 das Octobris. Galliarum rex Carolus, eius nominis sextus, insignè  
 equitarum auxilio miserat in Vngariam, ductore Ioanne, Phi-  
 lippi Audacis, Burgundiæ ducis filio: qui captus eo prælio fuit,  
 & adductus ad Turcam, in maximò versabatur vitæ discrimine,  
 quod tamen euasit. Id autem sic accidisse ferunt Galliarum scri-  
 ptores annalium. Erat Baiazeri familiaris quidam phisognomus,  
 ex eorum grege qui se profitentur hominum mores natu-  
 rasque ex corpore, oculis, vultu, fronte perne scereis contem-  
 platus captiuum, author Imperatori fuit atque inator ut eum  
 dimitteret incolumem: fore enim ut domum reuerfus, maxi-  
 mum excitaret incendium, quo bona pars esset Europæ, vel orbis  
 Christiani conflagratura. Sic ille persuasus, hominem dimisit,  
 & reliquos ex nobilitate captiuos, ubi pretiū persoluisent, libera-

*Phisognomus*  
*consilium de*  
*captiuo.*

liberationis ad ducenta coronatorum aureorū millia. Quum in Galliam redisset ille, simultatē cœpit exercere cum Ludouico Aureliano duce, fratre regis. Nam is per valetudinem regis, propè deploraram, volebat rempublicam gerere, quod proximus esset agnatus: Burgundus verò, quod & patruelis esset regis & ætate præcederet, mortuo iam patre Philippo, sibi potius deberi contendebat administrationem. Augetur igitur in dies magis atque magis offensio, dux Aureliæ tandem, nocturno tempore, Lutetiæ fuit interfectus, à cœna domum rediens. Erāt autem à duce Burgundiæ summissi percussores, quod nec ipse postea diffitebatur, & factum etiam defendebat. Fuit hoc anno M. CCCC. V. II, nono Calendas Decembris. Anno duodecimo post, quum pacificandi causa dux Burgundiæ venisset ad locum constitutum, per fidem circumuentus, à quibusdam Aureliani ducis mortui familiaribus, qui cōiurauerant in eius cadut, fuit interfectus, præsentē Carolo Delphino, regis filio, qui disceptationi causæ præerat. Hoc illud est seminariū belli quod inde ab eo tempore, inter familias illas duas, ad hanc nostram ætatem vsque, subinde reuiscit.


*Aurelia dux  
interfectus*

*Burgundiæ  
